COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXVIII. PARS III.

LIPSIAE, MDCCLXXXVI.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi senior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Milano apud Iof. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Laurent. Giraud, Florentiae apud Iof. Molini, Holmiae apud M. Swederum.

I.

Kongl. Vetenſkaps Academiens Nya Handlingar. Tom. VI. för Aor 1786.

i. e.

Noua Acta Ac. R. Sc. Suecicae Tom. VI. Ann. 1785. Holmiae ap. Ioh. Ge. Lange 1785. pag. 320. Tab. aen. X.

Trimeſtre I.

I. GUST. AD. LEIJONMARK, de *biquadraticarum aequationum radicibus* poſitiuis, negatiuis et imaginariis. Hic lemmata praemittit ad curuas ſecundi ordinis, quae ſe tangant aut ſecent, pertinentia. p. 1.

II. CAR. WILH. SCHEELE de *acido pomorum et baccarum*. Succus, quem praebent *Ribes groſſularia*, et omnes aliae baccae, quas examinauit, nihil acidi acetoſellae continent, nam ex aqua calcis nil praecipitant. Cum autem ſuccum illum creta ſaturaſſet, ſolutionem per filtrum cucurbitae immiſſam, igni impoſuiſſet, poſtquam ebullierat, ſedimentum album deſcendit. Quod pellucidi ſupererat, denuo filtratum, et rurſus ebulliens nullum ſedimentum demiſit, qua re ſuccus ille ſimilis eſt ſuccо citri. Sedimento loto adfudit acidum vitrioli, et cryſtallos obtinuit, in omnibus iis ſimiles, quas praebet ſuccus citri. Pellucidum vero illud, quod prima vice ebulliens calcem citratam demiſerat, iam miſti coloris, papyro ſucco heliotropii tinctae illitum, acidi copioſi indicia dedit, quod plurimum cretae diſſoluit, itaque ab acido citri diuerſum erat. Obtinuit vero ex pomis, tum maturis, tum immaturis, p. 18. p. 20.

turis, acidum, diuerſum ab acido citri, quoniam creta ſaturatum, ebulliens nullum ſedimentum deponit, ſed filtratum ſpiritu vini adfuſo, coagulatur. Id *pomorum acidum* vocat, quibus rebus differat a citri acido, et quibus in baccis minor ſit copia vnius acidi vel alterius, prolixius enarrat. Dum acidum ſacchari praeparatur, quod primo abſcedit, antequam ſacchari acidum prodeat, pomorum eſſe. Proxime ad pomorum acidum lactis.

p. 28. III. *Nouem urticae ſpecies in Iamaica* repert. OL. SVARTZ, quarum deſcriptiones botanicas Bironi CLAUD. ALSTRÖMER miſit, qui eas hic edit.

p. 37. IV. ANDR. SPARRMAN *quadraginta curculiones* depictos ſiſtit, quos *in capite bonae ſpei* repert. Eorum 31 omnino nouos, reliquorum alios nondum delineatos, alios a delineatis ſuae ſpeciei ita variare, vt rurſus delineaſſe non ſuperfluum ſit. *Curculionis* genus, cum proxime ad Attelabum accedat, vtriuſque characteres exhibet, et qui curculiones LINNEO vocantur: *populi*, *betulae*, *Bacchus* et *cupreus*, eos ad Attelabos vult referri. Ita plura habet, quae ad ordinanda haec coleopterorum genera faciant.

p. 57. V. GUSTAVUS PAIKULL nouam deſcribit *Phalaenam Tineam Betulinellam*. Larvas inuenit in *Boleto Betulino*, medio Maii 1784. Eſt: larva *16poda*, *alba*, *ſubpiloſa*, *capite primoque ſegmento antice dilute brunneo*. Habitarunt in boletis, vtque labente tempore ficcioribus, quos domum attulerat, prima die Iunii coeperunt ſerica texere, poſt abierunt in pupas, conicas, brunneas, nulla re prae aliis phalaenarum pupis notabiles. Prima phalaena emerſit d. 23 Iunii, quam aliae ſequutae ſunt. Eſt *Phalaena*: *alis ſuperioribus albidis, ferrugineo irroratis, maculisque ſex nigris, margine exteriore, inferioribus cinereis*; Margo vndique ciliatus.

Ouula parit parua, ex quibus mox erumpunt larvae hiemantes in boletis, proxima aeſtate magnitudinem perfectam attingunt et metamorphoſin ſubeunt. Phalaenam his omnino ſimilem cepit in ſylva initio Iulii, ſed maiorem, et alis ſuperioribus magis flaueſcentibus.

Forte quas ipſe educauerat, minus creuerunt in boletis ſiccioribus. Monet Entomologos, non ſaltim capienda et colligenda eſſe animalcula, ſed inprimis oeconomiam illorum et metamorphoſes obſeruandas.

VI. CAR. AXEL ARRHENIUS, ſubcenturio legionis tormentariae, agit de *inueſtiganda quantitate ſalis communis nitro admixti.* Soluit nitrum in aqua deſtillata, et inſtillat ſolutionem argenti, calx argenti, vnita acido ſalis, praecipitatur in lunam corneam; eſt vero praecipitati pondus proportionale ponderi ſalis, quoniam, vt BERGMANUS docuit *Opuſc. Chem. Vol. I. p.* 101, 134, partes conſtituentes ſalis et lunae corneae ſemper in eadem ratione ſunt. Paululum lunae corneae ſoluitur ab aqua ſolutioni adhibita, circiter pars milleſima aut $\frac{2}{1000}$ ponderis eius aquae, vnde parum erroris naſci poteſt. p. 61

VII. ARVID FAXE enarrat, *quibus morbis* laborarint recepti in *noſocomium claſſis regiae*, et quomodo morbi iſti ſe habuerint, decennio 1774-1783. p. 68.

Nautis in Suecia officia ſua in nauibus obeuntibus morbi maxime communes ſunt primo anni trimeſtri, febres pectorales (*Bruſtfieber*) et tuſſis catarrhalis, Aprili rheumatiſmi, Maio ſcorbutum et febris vernalis, Iunio febres catarrhales, etſi hae quolibet menſe graſſantur, Iulio febres inflammatoriae, Auguſto Diarrhoeae, Septembri febres autumnales et intermittentes vſque ad finem anni. p. 75

Trimeſtre ſecundum.

p. 80. I. ARWID FAXE pergit referre de *morbis in na-*
p. 85. *ſcomio nautico.* Intrarunt illud 1782, menſe Febr. intra octiduum, 33 viri, quibus tumor ſub mento, interdum ab vna aure ad alteram extendebatur, is non durus erat, ſedes eius erat in pinguedine, non multum incommodi creabat, in pinguioribus minor erat. Sub morbi initium ſentiebatur horror aliquis, quem ſequebatur febricula, plerumque eum die prima deſinens. Iam tumor naſcebatur ad collum, die 5 aut 7 paulatim altius adſcendebat, et ſimiliter decreſcendo euaneſcebat. Ab aëris in fluxu natum hunc tumorem maxillarem certum eſt, memoratu tamen dignum, nec ante hoc tempus, nec poſt, vel aëris vim ad hunc effectum producendum fuiſſe, vel corporum ad hunc morbum diſpoſitionem. Plura de ſcorbuto nautico, eiusque cum febre putrida nexu.

p. 94. II. ZACH. NORDMARK exhibet *vnitatis radices imaginarias* vsque ad gradum 10, incluſiue.

p. 115. III. I. A. RETZIUS deſcribit *Tetrodontem Molam* prope Landiſcronam Sueciae captum. Rarius est amphibium in mari Suecico, vbi tria ſaltim eius exemplaria noſter nouit. Imaginem exhibet, et eam, quae ex *Monti* delineatione exhibetur *in Hamburg. Magazine* Tom. 18, non ſatis exactam esse contendit. Breuis deſcriptio animalis eſt: T. M. *inermis, aſper, compreſſus, rotundatus, cauda breuiſſima rotundata, pinnis, dorſali analique annexa, ſpiraculis oualibus.*

p. 121. III. FAGRAEUS de *agrorum, quo culturae optimi ſint, magnitudine, figura, ſitu* tractat, inprimis geometria adhibita. Superficiem agrorum in formam cylindricam rotundari vult, vt et aqua melius defluat, et conuexa ſuperficies plantarum radici-

bus

bus ſpatium magis praebeat, quam ſubiecta baſis plana.

IV. CLAUD. FR. HORNSTED deſcribit et depin- p. 132.
git *Lacertam Iauanenſem* inprimis pinna radiata ſuper caudam erecta notabilem, dorſo carinato dentato, dentibus lanceolatis circiter 70.

V. SCHEELE de *ferro phoſphorato* et *ſale perlato*. p. 137.
Confirmat Meyeri et Klaprothii experimenta, et theoriam illis innixam, ferrum frigidum fragile id habere ab acido phoſphori admixto. Sali perlato, acidum phoſphori ineſſe negarat Cl. PROUST. SCHEELIUS vero repetens PROUSTII experimenta nihil aliud oſtendere, quam id: acetum aliquid alcali mineralis ſuperflui demere ſali perlato.

VI. PET. IAC. HIELM edit tentamina *ex Magne-* p. 141.
ſio obtinendi regulum, et id fuſionis ope cum aliis metallis miſcendi. Methodum ex magneſio obtinendi regulum metallicum, ante decem annos Cl. GAHN cum amicis communicauerat, ſed exteris tentantibus non ſucceſſit, quod modum reductionis non ſatis intelligerent, et fluoribus vitreſcentibus vterentur, qui non apti ſunt metallo huic tam facile in vitrum abeunti. Proceſſum igitur perſpicue explicat noſter. Non coit Magneſium cum mercurio, difficulter cum zinco, ceterum ſatis bene cum aliis metallis, quae tentauit.

VII. CLAUD. BIERKANDER *phalaenas duas* de- p. 156.
ſcribit, quarum laruae floribus ceraſorum et pomorum nocent. 1) Ph. prunella, quo nomine in *Fauna Suecica* appellatur, non reperiunda in Syſt. Nat. et FABRICII *Spec. Inſ.* Larua metamorphoſin ſub terra ſubitura filo ex arbore deſcendit, ita pendens deſtrui poteſt. 2) Ph. rectangulata.

Trimeſtre tertium.

p. 159. I. LEIJONMARK pergit diſſerere *de radicibus aequationum cubicarum.*

p. 171. II. SCHEELE de *terra rhabarbari in pluribus vegetabilibus reperiunda.* Alphabetico ordine enarrat vegetabilia, alia, in quibus repererit eam terram, alia, in quibus non repererit. Comminutis vegetabilibus infuſum acidum ſalis digeſtioni expoſuit, deinde id alcali volatili cauſtico ſaturauit. Terra illa ſolvitur ab acido, et praecipitatur ab alcali.

p. 172. III. IDEM quaedam monet circa praeparationem *magneſiae albae.* Duplicem tunc contingere decompoſitionem, acidum vitrioli ſalis anglici vniri alcali vegetabili, ipſius autem alcali acidum aëreum iam liberum, Magneſiae. Sal neutrum, quod ſimul oritur, alcali vegetabile vitriolatum, reiicitur. Similis decompoſitio fit, magneſia, loco acidi vitrioli ſoluta in acido ſalis, niſi quod tamen oritur alcali vegetabile ſalitum, etiam reiectaneum. Igitur ſale anglico, et ſale vulgari ſeparatim in aqua ſolutis, et mixtis ſolutionibus, acidum vitrioli ſalis anglici, iungitur alcali minerali ſalis vulgaris, et acidum ſalis, magneſiae. Ita habetur mixtura, continens alcali minerale vitriolatum, ſiue ſal Glauberi et magneſiam ſalitam. Antequam praecipitetur magneſia, ſeparari poteſt ſal Glauberi cryſtalliſatione. Id vero non ſuccedit niſi hieme, thermometro aliquot gradus infra punctum glaciale conſtituto. Modum procedendi vberius deſcribit.

p. 175. IV. ERIC. ODHELIUS M. D. Prof. adiunctus artis obſtetriciae Holmiae, *Monſtrum humanum* deſcribit et depinctum tradit. Carebat cerebro, neruis, corde et viſceribus nobilioribus, aderant vero caluaria, alia oſſa, genitalia, pedes et alia. Suſpicatur, maſſam hanc informem productam a duobus ouulis im-

impraegnatis, quae commixta ſe mutuo deſtruxerint. Si pro mola habeatur, ad maxime organicas pertinet, cum cutem habuerit, caua pectoris et abdominis, bene formata quaedam inteſtina, extremitates inferiores, et alia.

V. CAR. N. HELLENIUS, M. D. Prof. Oboenſis, deſcribit *vermem* habitantem in *hepate Gadi Lotae* (*Loke* Suecici). Nominatur illi *Taenia Lotae* inter taenias viſcerales referendus, proximus Hydatigenae, cui ſimillimus eſt. Figurae hepatis et vermis exhibentur. p. 180.

VI. SAMUEL OEDMANN deſcribit *Anatem Fuſcam* LINN. Suecis *Svarta*, eiusque Oeconomiam.

VII. GUSTAV PAIKULL deſcribit Laruam, quae abiit in phalaenam *Noctuam Partheniam* dictam. Eſt 16poda, pilis rarioribus, viridis, albo tenue lineata, pedibus intermediis inaequalibus. Quas educavit illae nullis foliis niſi betulae veſci voluerunt, etſi LINNEUS in quercetis collocet. p. 196.

VIII. HENR. NICANDER quinta vice continuat theoriam *machinae hydraulicae ſpiralis Wirzianae*. p. 199.

IX. CAR. N. HELLENIUS deſcribit *Muſtelam Nivalem* LINN. ex animali, quod felis morſu occiſum habuit, et duabus pellibus. Differentiam ſpecificam ſtatuit, quod ſit *M. niualis*, cauda truncato-abbreviata, corpori concolore. Eſt vero griſea aeſtate, tunc in ſyluis habitat, animalculis minoribus inprimis auiculis et ouis infeſta. Hieme alba fit, domus ruſticas frequentat, mures capiens, hinc ruſticis ſuperſtitio nata felices reddere apud quos habitat. Feles effugit ſub niue cuniculos effodiens, in quos felis ſequi nequit. Pellis emitur vſui, cui adhibetur pellis M. ermineae, et hac praeſtat, retinet enim colorem ſuum et non flaueſcit. p. 212.

X. GABRIEL DONSDORF auget *Lucani* genus *duabus nouis ſpeciebus Suecicis*, quarum vna eſt: *Paral-* p. 220.

rallelepipedus deſcriptus a LINN. S. N. XII. p. 561. n. 6. tanquam inſectum germanicum, altera nondum

p. 222. deſcripta: *Piceus* ater, glaber, ſtriatus, antennis abdomine et pedibus piceis. Exhibetur figura. *Cerui* varietatem β. LINN. aſſerit ſexu differre, non ſaepius in coitu reperit, et nullibi ceruus habetur, vbi non ſit etiam illa varietas.

p. 224. XI. GUSTAV. PAIKULL deſcribit *nouam Phalaenam*, cui nomen: Tinea Grandaeuella. Larua 8 Maii 1784 in quercu putri reperit, eſt: 16 pod griſea, ſubpiloſa, capite ferrugineo, primo ſe moque ſegmento corneo ſubfuſco. Longitudo tunc erat linearum digiti Suecici decimalium Nutriuit fruſtulis putribus quercinis; ex magnitudine laruae collegit, vixiſſe non ſaltim hyeme, qua praeceſſerat, ſed etiam parte aeſtatis anteriore. Perrexit autem veſci ligno, per totam hiemem ſequentem, et initio Martii 1785 longitudine era 6 linearum, ex quo incremento adeo lento colligit, forte annum et plus vixiſſe, antequam eſſet reperta. Die 9. Maii abierat in pupam, cortice fuſcam, nihil memorabilis oſtendentem niſi quod vix dimidium repleret cavi, quod larua in fruſto ligni effoderat; vtrumque extremum adhaerebat ligno paucis filis griſeis, ceterum nihil texturae. Maii 29 exiit: Phalaena Tineae, alis ſuperioribus fuſco flaueſcentibus, linea curua, maculaque oculi ſulphurea verſus apicem, inferioribus cinereis. *Grandaeuellam* vocat, quod tam diu larua vixerit.

p. 228. XII. IOH. L. ODHELIUS agit de *ſedi acris vſu externo*. Plantam recentem intra lapides contritam, impoſuit vlceribus ſcorbuticis, eo effectu, vt non vlterius ſe extenderent, et ſuppuratione ad ſanationem praepararentur, idoneis remediis internis ſimul adhibitis. Inprimis hoc epithema ſedi acris profuit in tumoribus illis duris, ad genua et crura-

…os et ſuris, qui ſcorbuti characterem princi- …conſtituunt huc vſque difficulter ſanabiles.

III. CAR. M. BLOM deſcribit *Tetraonem Te-* p. 230. …*feminam* L., quae colore a vulgaribus differt. …rinceps color ſuper totum corpus griſeus in …um flexus (*lichtgrau*), fere vt columbarum ſyl- …um, niſi quod magis albidus ſit.

IV. A. IO. HAGSTRÖM deſcribit *cariem in* p. 233. …*la inferiore* quae feminae contigit fine dubio …ſtructione menſium. Separata eſt ſuppura- …, margo inferior maxillae inferioris cum eius …interno et externo, ab vno maxillae angulo …terum, perimetro $5\frac{1}{4}$ digiti, latitudine $\frac{1}{2}$ dig. …ie partis decimae digiti. Vulnus ſanatum eſt, …a cicatrice non adeo magna. Nec vlla hinc …ultas, aperiendi os, attollendi os hyoides, et …ſiendi.

V. A. BIARKMANN plurium annorum obſer- p. 234. …nes edit, de tempore, *quo glacies in mari* ſolui- …ad litora parochiae *Ofvanſiö*; item quando …*inus Brama propagationi operam dat.* Quod …em his contingit, prima vice, cum glacies ſol- …, altera, cum aqua puluere flauo tegitur, ſine …o antherarum.

Trimeſtre quartum.

I. LEXIONMARK de radicibus *aequationum bi-* p. 239. …*raticarum.*

II. ERIC. PROSPERIN; 1775 egerat de *come-* p. 274. …*n minima ab orbita terrae diſtantia*, et theoriam …etis tum ſatis cognitis applicauerat. Iam per- …eadem definire *pro cometis, qui decennio ſequente …ruerunt*, quorum vltimus eſt anni 1785, ſeptua- …mus primus eorum, quorum orbitae definitae …. Simul agit de orbita eius, qui 1779 obſerua- …eſt.

III.

p. 285. III. THOMAS BUGGE ex obſeruationibus, Hafniae Decembri 1783 inſtitutis, *Martis nodum aſcendentem* definit, et poſitum, quem obſeruationes oſtendunt, cum tabulis confert.

p. 290. IV. IO. CAR. WILKE *Preſterum* (*Waſſerhoſen*, *Wolkenzüge*) phaenomena quomodo imitetur aqua intra vas cylindrum in vortices acta, 1780 oſtenderat. Haec autem cum non faciant ad ipſa *meteora* explicanda, de horum cauſſis iam agit, et tantum non omnes quos ediderunt ſcriptores, non ſufficere ad phaenomena ſingula explicanda, prolixius monſtrat. Concludit, forte ad electricam vim recurrendum eſſe.

p. 307. V. SAMUEL OEDMANN deſcribit oeconomiam *Mergi Merganſeris*. Vulgare animal tamen non ſatis noſcitur. Syſtematici *Sexuum* diſcrimina in *ſpecies* diuiſerunt. OEDMAN has agnoſcit:

1) *Mergus Merganſer*, cuius femina eſt M. *Caſtor*; 2) M. *Serrator*; 3) M. *Cucullatus*; 4) M. *albellus* cuius femina eſt M. *Minutus* LINN. Iam primae ſpeciei hos edit characteres. *Mas* cap. atrouiridi nitente, vix criſtato, collo niueo, dorſo cinerea, rectricibus niueis, remigibus anticis atris, pectore abdomineque flaueſcente, pedibus ruberrimis. *Fem.* Cinerea, c. criſtato rufeſcente, gula alba, alis ſpeculo albo, linea nigra diuiſo, pectore et abdomine flaueſcente, pedibus pallidis. Aliae harum auium oua in lapidibus ponunt, aliae in quercubus annoſis cauis. Oua interdum 14 edunt, plura, ſi cauta aliqua ſubtrahantur. Pullos vix excluſos, nocte ex nido in quercubus, ad litus maris ſatis remotum portant, quod fieri cum obſeruatione conſtat, nemo tamen vidit, quomodo mater pullos teneros imprehendat, vt roſtro dentibus armato non laedat. Sapor, a pinguedine ſubcutanea ingratiſſimus, qui quidem ablata pinguedine corrigitur, itaque non

ſuſ plebs illis veſcitur, lautioris conditionis homines integumento pennis ditiſſimo vtuntur. Sapor ſine dubio inde naſcitur quod piſcibus veſcantur, inprimis mucoſis, vt Blennio viuiparo LINN. In matre aliquando OEDMANN reperit anguillam 18 digitos longam. Sine dubio vincendis his piſcibus dentes roſtri deſtinantur. Quae de vſu auium ad piſcaturam exercendam referuntur, vbi habitat noſter comprobata non vidit, et aucta ſaltim narratione eſtimat.

II.

Diſſertationes medicae Edinburgenſes. Edinburgi apud Balfour et academiae typographos. 1782, 1783, 1784. 8.

Rius in Germania inueniuntur diſſertationes Edinburgenſes ſingulae, eamque ob rem gratum fore putamus medicis, ſi quam fieri poteſt breuiſſime, certiores de iis faciamus, quae in manus noſtras peruenerunt. Sequemur ergo annorum ſeriem:

1782. *Menſ.* (24) *Iun.*

1. *Diſſertatio medica exhibens cogitationes phyſiologicas de vita et viuificatione materiae humanum corpus conſtituentis — auctore* IOANN. THEODORO VAN DER KEMP, *Rotterodamo-Batauo*, 24. *Iun. Edinburg. ap. Balfour et Smellie* 1782. 113 *pagg.* Abſoluitur omne opuſculum binis ſectionibus, quarum altera *vitam et principiis hominis praemiſſa generatim* exhibet, altera vero *vitam humani corporis* ſpecialim ſiſtit. Vtraque variis capitibus complexus auctor eſt. *Cap.* 1. quaeritur *vitae in genere conſideratae notio diſtincta*, et, praeuia explicatione nominum, quid ſit viuens corpus, vita, mors et cadaver, p. 1.

p. 9. ver, *vita* esse creditur *facultas exercendi illas actiones, quae ad vnitatem sustematis vnitatem appetentis*
p. 10. *pertinent.* *Cap.* 2. ostendit Noster, ad constituendum corpus, praeter materiam, requiri quoddam vinculum, quo cohaereat, i. e. anima moleculas
p. 20. inter se copulans, *quae non tantum materiam moleculae secundam coërceat, verum etiam pro essentiali suo vnitatis appetitu ita organice disponat, vt tota molecula quam perfectissimum vnum constituat*; hanc vero *perfectissimam vnitatem* adesse statuit, *vbi partium vires ita fuerint determinatae, vt consensus effectum praestent, quo, habita causarum externarum ratione, maior concipi non potest.* Subiectum ei
p. 22. cap. 2. *scholium, de demonstranda definita materiae corporeae diuisibilitate in atomos simplices et numero definitas*, methodo mathematica, quae medicos
p. 25. non moratur. *Cap.* 3. probatur contra materialistas, mentem esse rem a materie corporea diuersam, hominemque viuentem consistere ex corpore
p. 30. ac *principio quodam, quod vis motricis, qua corpus concitatur, fons est, et sensationum receptaculum.*
p. 31. *Cap.* 4. sistit triplex viuentis hominis principium,
p. 31. i. e. corpus, animam et animae vehiculum i. *materiam* quandam *corpoream, quae cum anima in substantiam multiformem, ne vnitis quidem viribus dissolvendam, concreuit.* Vnde efficitur *triplex vita suaque propria*, et statuitur, hoc vehiculum esse fluidum
p. 33. subtilissimum et mobilissimum, vitam vero animae esse essentialem, vehiculi substantialem,
p. 34. corporis accidentalem. Sic transitur ad *sectionem secundam*, in qua vita humani corporis, vt effectus et actionis principium, consideratur, vt inde pateat, hos omnes deberi vitae huius virtuti. Explicat ergo Noster *cap.* 5. causam corporis viuentis, eamque
p. 35. a perfectione repetit; *cap.* 6. vitam corporis omnem
p. 41. in irritabilitate ponit; *cap.* 7. docet, materiei corpo-
p. 59. ris

ris, i. e. ſecundum Noſtrum *ſtupendo numero formarum atomis corporeis nobiliorum*, ineſſe propenſionem quandam ad vitam perpetuandam, eamque contineri reſolutione ac attenuatione molecularum craſſiorum, eſſe vero *nutrimentum* et *ſemen*; *cap.* 8. ſtatuit, cauſam efficientem viuentis corporis eſſe animam, eamque in conſtruendo corpore vehiculo ſuo, tanquam inſtrumento, vti; *cap.* 9. recenſet conditiones, ſub quibus vita materiae humani corporis conciliatur, hucque refert calorem, humiditatem, preſſionem, aëris acceſſum et ſtimulos; *cap.* 10. tractat de effectibus huius vitae in ipſo corpore viuente, eosque dicit *calorem*, *turgeſcendum*, *mollitiem*, *colorem*, *incorruptibilitatem*, *robur*, *harmoniam*, *ſympathiam* et *inſeparabilitatem a mente*; *cap.* 10. eſt *ſcholium*, quo *de determinanda notione coloris in genere agitur*. In ea opinione Noſter eſt, quod nemo alius ante eum vere definierit calorem. Ecce nouam definitionem! *Calor eſt abſtractum praedicatum corporis calidi, qua talis ſ. principium ſeparandi particulas.* Hactenus Noſter, qui methodum Wolfianam et medicinam Stahlianam, vtramque fere obſoletam, ſecutus eſt.

p. 62. p. 63. p. 65. p. 82. p. 86. p. 112.

2. *Diſſ med. inaug. de eryſipelate, auctor.* GUILELM. GOURLAY, *Scoto.* 24 *Iun.* 40 *pagg.* Collocandum eryſipelas Noſter putat in numero exanthematum, quia intra cutim et cuticulam ſedet, a contagio ſui generis oritur, et epidemice graſſatur, typho ſtipatum. Iam ſequitur *Hiſtoria morbi*, *diagnoſis*, *diſpoſitio*, quo pertinent muliebre corpus, calidum coelum regiones, ad auſtrum ſitae, *cauſae morbum excitantes*, *cauſa proxima*, quae dicitur ex parte eadem eſſe, quae inflammationis, *ſigna*, *morbi euentus*, *ratio medendi*, qua ſuadet Noſter diatheſin phlogiſticam tollere, debilitati occurrere, eamque vna cum putredine remouere. Inprimis laudat ex

p. 1. p. 9.

auctoritate Cl. *Aitken* epithemata calcarea. Cetera ſunt notiſſima.

3. *Diſſ. med. inaug. de melaena* — auctore HARPER HALL, *de inſula Barbada, a. d.* 24 *Iun.* 35 pag.

p. 8. Praeuia *definitione*, qua *melaena* eſſe dicitur ſanguinis vel materiae fuſcae nigerrimaeue vomitus vel deiectio ſine mariſcarum ſignis, additaque *diagnoſi* ne quis melaenam cum epiſtaxi, haemoptyſi, vomitu cruento, dyſenteria vel bilioſa deiectione confundat, ſequitur *hiſtoria morbi*, qua eius ſigna ſcribuntur, primum appetitus proſtratus, vel faſtidium, flatus et ructus acidus, deinde dolor obtuſus, et onoris in ventriculo ſenſus, cephalalgia et vertigo, palpitatio et anxietas praecordiorum, deglutitio nonnumquam difficilis, ſpaſmi ſtomachi, ſingultus pertinax, nauſea et vomendi cupiditas, dolor ad regionem iecoris et lienis, poſt paroxyſmus frigidus, magna in hypochondrio ſiniſtro ſtrictura, maior anxietas, nauſea et vomitus ſanguinis fluidi vel coagulati, ſimilisque deiectio torminoſa, quantitate varia ad libram et amplius, vnde debilitas, pulſus debilis, frequens, inordinatus, frigus ſummum et pallor, ſudor frigidus, viſcidus, catholicus, haud raro ſyncope et mors, vel hydrops. *Cadauerum ſectiones* docuerunt, affecta eſſe abdominis viſcera, ventriculum, iecur et lienem ſcirrho tentatum, ſtomachum flatu diſtentum, gangraena affectum, cruore coagulato impletum, cuius color in inteſtinis nigrior, odor eſt ingratior et tenaciter manibus inhaerens, venas ventriculi tumidas vel pallidas. *Cauſa proxima*, quae ſub auctore Noſtro non eſt atra bilis veterum, vtpote ficta, (quam vere, viderint alii) nec putrefactio quaedam in liene facta, cum is ſemper reperiatur mollis in defunctis, neque bilis diu ſtagnata, ſed ſanguis in veſis ventriculi vel inteſtinorum congeſtus, vnde

p. 11.

p. 14.

p. 16.

tan-

tandem ſit exitus. *Cauſae remotae* ſunt, quae de- p. 23.
mum cunque res poſſunt debilitare haſce partes,
iisque obnoxiae prae ceteris mulieres ob vitam ſe-
dentariam et menſtruorum defectionem, item me-
lancholici. *Prognoſis* eo redit, vt magis pericli- p. 27.
tentur viri, quam feminae, fauſtior ſit idiopathica
melaena, quam ſymptomatica, facilior recidiua.
Prophylaxis iubet, obſtare principiis, ergo tollere p. 29.
plethorae incrementa quouis modo, ſtagnationem
et ſcirrhum ſubigere. *Methodus medendi* in eo con- p. 31.
ſiſtit, vt caueatur quaeuis actio corporis nimia, os
vaſis claudatur, et ſymptomatis vrgentibus occur-
ratur. Haec quidem recte et praeceptis therapiae
accommodate.

4. *Diſſ. med. inaug. de phthiſi pulmonali — auctore* GULIELMO CORP, *Anglo.* 24 *Iun.* 47 *pagg.* Ver-
ſatur Noſter in natura phthiſeos pulmonum inda-
ganda more ſolito, i. e. antecedunt *cauſae remotae*, p. 6.
hucque referuntur obſtructio et inflammatio, quae
ad gignendam phthiſin neceſſaria (?) ſit, haemoptoë,
pneumonia, catarrhus, exanthemata, ſcrophula,
metaſtaſis puris; (nonne etiam plures memorari et
poterant, et debebant?) Scribitur praeterea *pro-* p. 21.
greſſus morbi i. e. ſtadium triplex inflammationis,
debilitatis, putredinis colliquefacientis, puris ex-
creatio et febris hectica, vere adeſſe phthiſin do-
cent. Explicatur *ratio medendi*, quae ſub primo
radio debet opponi diatheſi phlogiſticae; ſub altero
praeter illam vires fulcire, irritamenta pulmonum
mitigare per emetica, corticem, ſpiritum vitrioli,
opium; ſub tertio putredini reſiſtere, corticis ac
poii liberali vſu, gummi arabico, aëre fixo, coelo
udo et ſereno.

5. *Diſſ. inaug. de aëre dephlogiſticato — auctore* JONATHAN. STOKES, *Anglo, a. d.* 24 *Iun.* 40 *pag.*
ſcribit Noſter *tabulam aërum ſynopticam ex diſtribu-* p. 7.

tione chemica, ita quidem vt via per claſſes fiat. In
claſſe 1. ſunt aëres ſalini, i. e. acidi et alcalini, in
p. 8. *claſſe* 2. aëres inflammabiles, in *cl.* 3. aëres ſtricti
p. 10. dicti, i. e. noxius et reſpirabilis, quo etiam pertinet
p. 11. *aër dephlogiſticatus*. Huius explicantur ſynonyma,
origo, vires, addita calcinatione metallorum, vt,
p. 0. quae eius vera natura ſit, pateat. Iam agitur de
reſpiratione, et phaenomena cruoris ſecutura do-
centur. Negat Noſter, molis diminutionem ab
aëris phlogiſticati, inflammabilis aut fixi liberatione
fieri colorem ſanguinis venoſi atro-purpurei ab
aëre inflammabili vel fixo deriuari poſſe, hypothe-
ſes de ortu aëris fixi fixas et certas eſſe, hunc ope
cuiusuis inflammabilis ab aëre atmoſphaerico prae-
cipitari, certum eſſe eius ortum ab bronchiorum
ſuperficie, ſanguine vel aëre atmoſphaerico, por-
tionem aëris phlogiſticati e ſanguine extricari, cum
maxima pars in aëre atmoſphaerico reperiatur; con-
p. 34. tendit vero, probabilius dici, aërem dephlogiſti-
tum a ſanguine ipſo inter reſpirandum ſorberi, ſi-
mulque portionem aëris phlogiſticati et fixi fere ae-
qualem e ſanguine vel ſuperficie bronchiorum libe-
p. 38. ratam eſſe. Hinc repetit ab aëre dephlogiſticato
ſorpto colorem ſanguinis arterioſi coccineum, hunc-
que valentiſſimum ad excitandam ſubmerſorum et
ſuffocatorum vitam remedium exiſtimat. Pau-
p. 39. ſubiiciuntur *de vegetatione plantarum*, quae in aëre
phlogiſticato et impuro creſcunt. Hinc quo plus
aëris planta conſumit, eo purior animalibus fit aër,
et quo frequentior ſpiratio animantis, eo vberio-
cibus vegetabilium.

6. *Diſſ. med. inaug. de typho grauiore petechiali* — *auctore* GEORG. PATON, *Scoto*, *a. d.* 24 *Iun.* 1787.
p. 2. Exprimuntur *Hiſtoria morbi*, *diagnoſis*, quae in-
p. 5. ſigna boni vel mali euentus continetur, *cauſae remo-*
p. 7. i. e. effluuia corporum, contagia, aër humidus

calidus transſpiratio ſuppreſſa, *cauſa proxima*, quam occultam eſſe ſtatuit, *quorundam ſignorum ratio*, i. e. explicatio breuis doloris capitis, affectionum viſus et auditus, peticularum, delirii, diarrhoeae ac haemorrhagiarum, *prophylaxis*, quae ſuadet cauere, ne contagio in corpus recipiatur, et nocere poſſit; *ratio medendi*, qua debet arceri ſpaſmus vaſorum extremorum; impetus ſanguinis minui, vigor corporis conſeruari, putredo humorum corrigi, idque primum generatim, deinde ſingulatim docetur, quin ipſum opium commendatur. p. 9. p. 10. p. 12. p. 14.

7. *Diſſ. med. inaug. quaedam de morbis mammarum complectens* — *auctore* EDUARD. HART, *Hiberno a. d.* 24 *Iun.* 36 *pagg.* Conſtat opella ſeptem capitibus, de ſtructura mammarum, lactis ſecretione poſt partum, cura mulierum, quae prolem lactare velint, vel nolint, abſceſſibus poſt partum, ſcirrho et cancro mammarum, denique de cura papillarum. Sterilis ager eſt, quem Noſter arauit, certe melius excolendus, niſi caſſus labor eſſe debeat.

8. *Diſſ. med. inaug. de plethora* — auctore RADULPHO FENWICK, *Anglo, a. d.* 24 *Iun.* 23 *pag.* Deſcripſit Noſter primo capite, quid ſit plethora, altero dedit cauſas, tertio effectus recenſuit, ſed ruditer omnia, falſe multa, ieiune plurima. 10.

9. *Diſſ. med. inaug. de menorrhagia* — auctore ANDREA SAYERS, *Hiberno*, *a. d.* 24 *Iun.* 32 *pagg.* Exhibetur definitio menorrhagiae, i. e. copioſi ſanguinis e genitalibus fluoris, hiſtoria, diagnoſis, cauſae praediſponentes et occaſionales, cauſa proxima, quae ab laxitate vel debilitate vaſorum vteri repetitur, prognoſis, methodus medendi, qua ſanguinis fluor praeſens ſiſti, futurus prohiberi debet.

1782.

10. *Diſſ. med. inaug. de tuenda ſalute militum* — auctore ANDREA MARSHALL, *Scoto*, *a. d.* 12 *Sept.* 52 *pagg.* Videtur Noſter multis voluiſſe explicare, quae ad valetudinem militis conſeruandam perti-
p. 4. nent, ideoque agit *cap.* 1. *de victu cohortis*, ac more ſolito quaedam alimentorum genera multis memorauit, at vero progreſſus ad pag. 48. inſperato ſermonem abrupit, cauſatus, ſe fragmentum, non opus integrum tentaſſe. Bellus mehercle homo eſt!
p. 49. Sub finem laudat, ne forte, cum materies ſcribendi deeſſet, plagulae vacuae eſſent, inſtitutum ſanitatis cohortis Glaſguenſis, laudat *Cullenum*, *Io. Stedmanum*, *Io. Hope*, *Iacob. Gregoryum*, *Dav. Pitcarnium*, *Guil. Cruikſhankium* et *Io. Hunterum*. Gratus et liberalis homo eſt!

11. *Diſſ. med. inaug. de catarrho* — auctore HENRICO GARDE, *Hiberno*, *a. d.* 12 *Sept.* 28 *pagg.* Deſcribit Noſter ſub hoc nomine *catarrhum inflammatorium*, *applicatione frigoris ortum et vulgarem*, modo hac in academia ſueto et recepto, i. e. ſcribuntur *hiſtoria morbi*, *definitio*, ſecundum *Cullenium*, *diagnoſis*, qua diſcerni morbus a phthiſi debet, (hinc etiam *Darwini* experimenta repetita) et a pertuſſi, *cauſae remotae*, *cauſa proxima*, *ratio ſymptomatum*, *prognoſis*, *ratio medendi*, quae in ea ponitur, vt diatheſis phlogiſtica tollatur, aditus humorum ad partes internas prohibeatur, ſymptomata vrgentia mitigentur. In his nihil memorabile nobis viſum eſt, niſi hoc, quod ad exemplum Cl. HOPE cucurbitulas cruentas pectori dolenti ſuperhaberi iubet.

12. *Diſſ. med. inaug. de mutatione febrium eo tempore Sydenhami et curatione earum idonea*, — auctore IACOBO HUTCHINSON, *Britanno*, *a. d.* 12 *Sept.* 46 *pagg.* Non male rem ſuam perfecit, vtpote curio-

curioſam et ſcitu dignam, cum, experientia magiſtra, multae res poſſint efficere, vt morbi vel novi incidant, vel veteres quodammodo immutentur. Conſtat ſcriptio docta binis capitibus, *primo* memorantur *febres*, quales *tempore* SYDENHAMI *fue-* p. 7.
runt, ad ductum epidemicarum conſtitutionum. Ex hoc recenſu colligitur, febres priſtini ſeculi longe alias fuiſſe, ac nunc in Britannia, quippe illae erant omnes omnino inflammatoriae, ſine notis debilitatis, animi deliquii, peticularum, haemorrhagiae putridae, flatus et excretionis foetidae, idque ob conſtitutionem corporis longe firmiorem. Subduntur ſimiliter *febres*, *quales hodie ſunt*, vnde pa- p. 13.
tet, *ſynocham inflammatoriam* et rarius fieri, et cum paucioribus inflammationis ſignis copulari, et ſine ſanguinis detractione fere auferri; crebrius incidere
apud Britannos *ſynochum*, qui ſub initio inflamma- p. 14.
tionem mentitur, et paucis diebus interiectis, typum typhi aemulatur, praeterea *typhum febremue* p. 15.
neruoſam, quae hic curate deſcribitur, et liquando ſigna putredinis oſtendit. Tunc *febris putrida* p. 17.
appellatur. Erant ergo febres illorum temporum p. 18.
ſine contagione, at quae hodie fiunt, vt plurimum cum contagione. Illae ſine notis debilitatis et putredinis, hae vero quam maxime; Illae ceſſerunt vacuantibus, hae vero ſic exacerbantur. Praeterea explicantur *cauſae*, *quibus mutatio debet tribui*, p. 19.
nominanturque potus theae et coffeae, vſus nicotianae varius, liquoris ſpirituoſi abuſus, victus vegetabilis, amplitudo et multitudo oppidorum, et luxuria communis, ſed plurimum contuliſſe, ſub auctore Noſtro, videtur theae et coffeae infuſio. Quibus praemiſſis, *cap.* 2. docetur breuiter *curatio* p. 39.
febrium idonea, nimirum ſynochae, ſynochi et typhi.

13. *Diſſ. med. inaug. de pneumonia* — auctore IACOBO FORSYTHE, *Hiberno, a. d.* 12 *Sept.* 28 *pagg.* Notatur hoc nomine, vt ex praefixa Cl. CULLEN definitione patet, quisque dolor pectoris febrilis, et deſcribitur more ſolito, i. e. adferendo hiſtoriam morbi, diagnoſin, cauſas remotas, locales praedispponentes, quo refert Noſter anguſtiam thoracis et ſcirrhos pulmonis, tandem occaſionales, et proxi-
p. 16. mam, quam dicit ſpaſmum externarum arteriarum, actionem auctam ſuſtinentem, fines, puta per reſolutionem, ſuppurationem, gangraenam et ſanguinis effuſionem, prognoſin et curationem. In quibus nihil eſt, quod memorabile vel inauditum in Germania putemus.

14. *Diſſ. med. inaug. pauca de mente et eius in corpus effectibus exponens — auctore* PHILIPPO HOLLAND, *Anglo, d.* 12 *Sept.* 35 *pagg.* Percenſet Noſter breuiſſimis *cap.* 1. ſenſus effectus, *cap.* 2. effectus ex intellectus exercitio oriundos, *cap.* 3. effectus variarum voluntatis modificationum, i. e. ſpem, cupiditatem, timorem et deſperationem. Sed quia haec Noſter ipſe tribuit Cl. CULLENIO, non attinet res notas repetere.

15. *Diſſ. med. inaug. de febre puerperatum — auctore* THOM. EVORY, *Hiberno, a. d.* 12 *Sept.* 46 *pagg.* Siſtuntur *hiſtoria morbi* et *ſectiones cadaverum*, vnde confirmatur notiſſima morbi ad omentum, inteſtina et peritonaeum ſedes, *cauſae remotae*, i. e. grauiditas et partus, *natura morbi*, i. e. memorando cauſas, quae paſſim noxas attulerunt, nempe lochia ſuppreſſa, lactis depoſitionem, vterum inflammatum, contagionem ſui generis, quam Cl. YOUNG aſſumit, aërem putridum et rem putridam nominat, eryſipelas, *Hulmii* et *Whitii* opinionem
p. 31. ita tamen, vt potior Noſtro videatur vltima. Statuit enim, compoſiturus litem, febris naturam

non ſemper eandem eſſe, modo ſynocham, modo typhum; dolorem vero abdominis ab inflammatione cuiusque partis ortum pro ſigno idiopathico habendum. Iam exhibetur *ratio ſymptomatum*, i. e. p. 34. abdominis tumor, quem ab lympha ſtagnante repetit Noſter, vomitus ſubuiridis materiae, quem huic febri minime proprium eſſe cenſet, ſpiratio difficilis, quae debetur dolori abdominis, vires ſubito collapſae, ob inflammationem et foedam colluuiem ſcilicet, dolor ceſſans, ob gangraenam; *diagnoſis*, quae facilis eſt, *prognoſis*, qua plu- p. 37. rimae feminae morbo oppreſſae dicuntur, denique *medendi ratio*, quae ad dolorem et ſympto- p. 39. mata valet. In his reiiciuntur venae ſectio, epiſpaſtica, camphora, commendantur cathartica, refrigerantia, vinum, cortex, opium, emetica et cataplaſmata cenſentur media, ad vomitum poſt purgationem ventriculi laudatur mixtura Riverii, ad diarrhoeam rebellem lotio alui ex amylo, aëre fixo vel aqua tepida.

16. *Diſſ. med. inaug. de cynanche typho*, — *auctore* GEORGIO DANIELL, *Anglo*, *a. d.* 12 *Sept.* 40 *pagg.* Curate pingitur diri et contagioſi morbi facies ad exemplum *Mercati* et *Fothergillii*, memorantur *cauſae remotae*, eaeque notae, vna cum reprobatione dierum decretoriorum, ſed argumenta eius non ſatis certa ſunt, *prognoſis* et *curatio*, quam febri et viribus augendis accommodat. Diſſuadet tamen acida ſumenda, lotionem corporis acidam damnat, vt inanem et noxiam, laudat vinum, potionem e ſaccharo tenuem, corticem, prae ceteris aethera, relinquit in medio camphoram. Quae vero an noua et inaudita in noſtris terris ſint, vt Noſtro videtur, valde dubitamus.

17. *Diſſ. med. inaug. de affectibus animi* — *auctore* DAN. BRYAN, *Hiberno*, *a. d.* 12 *Sept.*

38 *pagg.* Argumentum hoc de motibus animi
p. 9. duabus partibus continetur. Agit prima *de effectibus, quos affectus animi in corpus humanum edunt*, i. e. docet, quaenam ſit ſingularum perturbationum
p. 32. in corpus vis et poteſtas; altera vero oſtendit, *quatenus in morbis inferendis vel tollendis valeant animi affectus*, i. e. ratione ac vſu confirmatur commodum vel incommodum, exinde in corpus redundaturum.

18. *Diſſ. med. inaug. de ſyncope* — *auctore* IACOBO HARE, *Scoto, a. d.* 12 *Sept.* 56 *pagg.* Non mediocriter in hac materie verſatus eſt Noſter, et parum reliquit, quod ſcitu vel memoratu dignum videretur. Anteit *ſyncopes* triſtis, ſed fida *imago*; quam
p. 5. p. 8. 9. *ſynonyma* excipiunt; ſequitur *diagnoſis*, vt in pri-
p. 11. mis a ſpaſmodicis morbis internoſcatur; *cauſa proxima*, quam in corde latere negat, magis in cerebro ait, cum phaenomena morbi hoc ſatis doceant;
p. 15. *ratio ſymptomatum*, i. e. explicatio ſudoris, vomi-
p. 19. tus, palloris, anxietatis, cardialgiae, palpitationis; *cauſae excitantes*, quo refertur, quicquid nervos vehementer afficit, ergo et contagio, res putridae, narcotica, animi motus, irritamenta, inprimis ventriculi ac inteſtinorum, languor et fames,
p. 35. vacuatio nimia, turbata cordis actio, *cauſae praediſponentes*, i. e. debilitas et mobilitas neruorum;
p. 37. *prognoſis*, quae cauſis et effectibus rite aptatur, ſed dubia relinquitur, negante tamen Noſtro coagulum ſanguinis ſub ſyncope, vtpote contrarium
p. 40. *Hewſoni* experimentis; *methodus medendi*, qua tolli morbus praeſens debet, futurus auerti. In his re-
p. 44. mediis eminet frictio, aduerſa eſt venae ſectio; *prophylaxis*, quae fit euitando cauſas excitantes, corrigendo praediſponentes. Sub calcem leguntur
p. 48. *notae*, quibus quaedam ante dicta contra aliter ſentientes defenduntur. Negat Noſter contra SAU-

VAGE-

VAGESIUM, ſyncopen ſpaſmorum numero habendam eſſe, hiſtoriam, quae in *Obſ. Med. Lond. T. I.* reperitur, aliter explicari et poſſe, et debere, quamcunque materiem, vaſis abſorbentibus vel lacteis receptam, cor poſſe afficere, dubiam eſſe, immo inutilem quaeſtionem, quomodo fibrae muſculorum relaxatae agant in vi cerebri imminuenda, neruos cordis compreſſos poſſe idem efficere, theoriam *Whyttii* magis probabilem, quam veram eſſe, concretiones ſanguinis poſt mortem demum videri ortas, prodeſſe lotiones alui ex aromaticis vel cardiacis, ſperni debere eas, quae ex fumo tabaci conſtant, frigus in auferenda ſyncope ſtimulando agere, minime adſtringendo.

19. *Tentamen inaug. quosdam aëris in corpus humanum effectus amplectens* — *auctore* SAMUEL DE BUTTS, *Hiberno*, *a. d.* 12 *Sept.* 41 *pagg.* Eſt bona repetitio phyſicarum aëris dotum, puta grauitatis, elateris, qualitatum, et leuis quaedam ad pathologiam applicatio.

20. *Diſſ. med. inaug. de rheumatiſmo* — *auctore* RICARDO VAUGHAN, *Anglo*, *a. d.* 12 *Sept.* 27 *pag.* Siſtit ſidam rheumatiſmi adumbrationem, ſub forma huic ſcholae propria, ſecundum Cl. CULLENII praecepta. Nam plurimae diſputationes Edinburgenſes ſiſtunt meram notiſſimarum rerum compilationem.

1783. *Menſe* (12) *Iunio.*

1. *Tentamen philoſophico-medicum de electricitate* — *auctore* ABRAHAM WITKINSON, *Britanno*, 61 *pagg.* Opuſculum doctum, etſi ſola compilatione conſtat, duabus abſoluitur partibus, quarum prima explicat *phaenomena electricitatis et naturam*, p. 7. ex placitis optimorum ſcriptorum, altera exhibet

p. 43. *electricitatem medicam*, i. e. recenſum morborum, quos ſic curatos eſſe viri ſummi contendunt; ſunt vero hoc ex numero febres intermittentes, amauroſis, ophthalmia, fiſtula lacrumalis, angina, rheumatiſmus, ſciatica, odontalgia, podagra, paralyſis, tremor, tetanus, chorea ſ. Viti, triſmus, iſchuria, amenorrhoea, dyſphagia, contractiones muſculorum, excretio taeniae, raucedo, contuſiones et diſtenſiones artuum, tandem tumores cancroſi, et narrantur omnia ex fide auctorum.

2. *Diſſ. med. inaug. de tetano — auctore* GULIELMO MUNRO, *Scoto*, 66 *pagg.* Congeſſit Noſter quidquid hoc de morbo vndiquaque dictum et ſcriptum eſt. Laudat ad vim morbi ſpiritum aethereum vitrioli ex teſtimonio Cl. GILPIN, medici Grenadenſis, piſſelaeum Barbadenſe, binis horis per cochlearia datum, ex ore CULLENI, cicutam ex fide IOANNIS HUNTERI. Ergo mera eſt compilatio.

3. *Diſſ. med. inaug. de malo hypochondriaco — auctore* IOANNE STARK, *Fifano*, 55 *pagg.* Definit Noſter hypochondriaſin ſub magiſtro CULLENIO per *dyſpepſiam cum anxietate, moeſtitia et metu ex rebus parum valentibus, plerumque in temperamento melancholico*, et explicat morbum more illinc re-
p. 8. cepto. Putat, eum interdum per periodos venire
p. 12. ac decedere, ſemperque copulatum cum melan-
p. 27. cholia (?) eſſe, torporem habendum pro cauſa proxima, at vero medendi ratio, quam ſcribit, non ſufficit explanandis et tollendis ſymptomatis.

4. *Diſſ. med. inaug. de amenorrhoea — auctore* ROBERTO HARDING, *Hiberno*, 43 *pagg.* Expreſſit Noſter imaginem huius morbi fideliter, ſed
p. 19. parum eſt, quod inde excerpamus. Statuit, ob-
p. 23. ſtructionem menſium oriri ab impedita ouarii ſecre-
p. 33. tione per ſpaſmos extremorum vteri vaſorum, epilepſiam vero ab neruorum cerebri mobilitate, venae ſectio-

ſectionem caute quidem et in brachio adhibendam, p. 34.
veſicas calida aqua et furfure repletas inguinibus ſu- p. 37.
perhabendas ex GUIL. HUNTERI conſilio, reiicien- p. 38.
dum emeticum, opium etiam, niſi ab animi motu ſit p. 40.
ſuppreſſio, negligendas cantharidas, mercurium p. 42.
aliquot diebus ante, quam fluor venire debuit, ex-
hibendum, ſpernenda emmenagoga et ipſum me-
lampodium, commendandam haud raro *venerem*,
ſed tunc, ſub auctore Noſtro, *medico iubenti largo opus eſt capillamento, ingenti baculo, aureaque tabaci theca*, quae iuueni (puto) deſunt. Ecce decorum medici Edinburgenſis.

5. *Diſſ. med. inaug. de iis, quae ad ſanitatem conſeruandam plurimum conferre videntur* — *auctore* CHRISTOPHORO STANGER, *Anglo*, 37 *pagg.* Recenſentur quaedam alimentorum genera, potus, exercitatio, aër, affectus animi, ſecretio, ſomnus, veſtitus, mundities, conſuetudo, et quid quaeque res valeat ad valetudinem vel conſeruandam, vel proſternendam, breuiter explicatur.

6. *Diſſ. med. inaug. de contagione* — auctore HUG. OWEN, *Cambro-Britanno*, 47 *pagg.* Hoc ſibi ſumſit Noſter, vt cauſas febris fictas refellat, verioremque aliam tradere aggrediatur. Negat p. 6.
ergo, talem febris cauſam eſſe frigus, quia potius p. 10.
aduerſatur, defatigationem, cibum et potum ni- p. 11.
mium, venerem immoderatam, motus animi, at- p. 13.
moſphaerae mutationem et miaſmata paluſtria, re- p. 15.
linquit ergo ſolam *poteſtatem nociuam*, i. e. *contagionem ſpecificam, ab corporibus hominum proficiſcentem, quae ſanis applicata ſimilem morbum progignit.* Scribuntur ergo notae febris a contagione, quod p. 16.
crebrius incidat ab commercio ſanorum cum infectis, vt plurimum affectet eos, qui ſeſe inuicem inuiſunt, vel gregatim veniunt, vagetur in iis locis, vbi in anguſto ſpatio multa hominum turba eſt, vel in

naui-

nauibus hominum copia nobilibus, et vberius exem-
p. 22. plis confirmantur. Hinc fit concluſio, hanc cauſam eſſe fontem febris continuae communem, ce-
p. 23. teras vero fictas. Iam inquiritur in originem contagionis, negaturque, hanc fieri ab putredine vel
p. 31. effluuiis humanis (?), ſed vbi quaeritur, *qua ratione ac vnde in noſtrum terrarum orbem peruenerit*, reſpondet Noſter, *opificem rerum omnipotentem et ſapientem originem eius tenebris inacceſſis obtexiſſe, generatam fuiſſe hanc vel ab ortu mundi, vel ſaltem ante actorum annales*. Hem, quam bene ac docte! Ergo caſſa Noſtri opera eſt, qui, promiſſoris magni more, multa pollicetur, ſed nihil praeſtare poteſt.
p. 32. Ex his concluditur, facillimo negotio poſſe febrem in exilium mitti, peſtilentiam ab Europa arceri, noſocomia et naues a contagio liberari, modo infecti non recipiantur. Hem, quam noue ac ſapien-
p. 32. ter! Sequitur modus, quo contagionis progreſſus declinetur, contineturque ille quidem aëre, contactu rerum vel hominum infectorum, et fomite.
p. 38. Sub calcem iterum negatur, ſeminia febrilia debilitate non conſiſtere.

7. *Diſſ. med. inaug. de menſibus pauciſque morborum ab eorum vitiis pendentium* — auctore IACOBO
p. 9. FRID. MARTLEY, *Hiberno*, 42 *pagg.* Contendit Noſter, cauſas menſium, adhuc ab auctoribus memoratas, nequaquam ſufficere ad rem explicandam.
p. 13. In his paullo inſolentior ea eſt, quam Cl. EMMET propoſuit, nempe ſanguis ab turgeſcentia ſub coi-
p. 19. tus appetitu ſtagnans in vtero. Refert etiam Noſter tres menſium impeditorum ſpecies, emanſionem, ſuppreſſionem et fluorem difficilem, ſymptomata cuiusque, remedia, cauſae. Sed haec lippis et tonſoribus noſtris ſatis nota.

8. *Diſſ. med. inaug. de ictero* — auctore IOANNE MURPHY, *Hiberno*, 38 *pagg.* Perſecutus eſt No-

ſter

ſter icterum, more tyronum Edinburgenſium, hiſtoriam morbi, cauſam proximam, cauſas remotas, ſymptomata, diagnoſin, prognoſin et medendi rationem memorans, ſed nihil ſcripſit, quod memorabile videatur.

9. *Diſſ. inaug. med. de ſcorbuto* — auctore RICHARDO KIERNAN, 35 *pagg.* Diſtribuit Noſter ſcorbutum in tria ſtadia, quorum primum nobilitatur laſſitudine inſolita et debilitate, tumore ac pruritu gingiuarum liuidarum, ſpongioſarum et fungoſarum, halitu graueolente, maculis cutis, praeſertim tibiae ac cruris, liuidis; alterum tumoribus membrorum, cum maxime genuum, liuidis et dolentibus, dolore pectoris ingraueſcente, motu corporis difficili; tertium haemorrhagiis oris, narium, ani, dentium caſu, veteris vlceris apertura foeda, fungorum prouentu, clauſula vitae per hydropem, icterum vel phthiſin, poſt mortem vero ſolutione epiphyſium et cartilaginum, effuſione ſanguinis in tela celluloſa, muſculorum rigiditate ac putredine ſolita. Iam ſcribuntur *definitio morbi*, *diagnoſis*, *cauſae remotae*, i. e. debilitas et triſtitia, cauſae excitantes, i. e. cibi inopia, vel prauitas, frigus et humidum, deſidia, animi motus ſubito deprimentes, tandem *curatio* his tollendis apta. Subiicitur *cauſa proxima*, quam Noſter in totius corporis, praeſertim ventriculi, debilitate ponit, indeque repetit ſymptomata, variis in ſtadiis obſeruata; *prognoſis* et *curatio*, ſed haec iterum lippis et tonſoribus nota. p. 2. p. 6. p. 24.

10. *Tentamen med. inaug. de typho* — auctore THOMA WALLER, *Britanno*, 36 *pagg.* Explicat Noſter typhum, ſed vulgariter, theoriam febris ex CULLENI praeceptis ſcribit, inter remedia memorat corticem rubrum; cetera centies recocta ſunt. p. 32.

11. *Diſſ.*

11. *Diſſ. med. inaug. de aſcite* — auctore IACOBO
p. 1. NASMYTH, *Scoto*, 20 *pagg.* Credit Noſter, aſci-
p. 8. ten eſſe progeniem vitiorum ſeculi et vix ſanabilem,
p. 14. cauſam proximam ſtatuit exhalationem auctam vel ſorptionem imminutam, et medendi viam eam commendat, quae vires tonumue corpori reddat, humoremque vacuet. Prius faciunt cortex et mars, vinum, exercitatio, poſterius vero cathartica, diuretica, diaphoretica, emetica.

Menſe (12) *Septembri.*

12. *Diſſ. phyſico medica de ſonis et auditu*, auctore EDMUNDO SOMERS, *Hiberno*, 35 *pagg.* Conſtat diſſertatio quatuor capitibus. Primum agit *de ſono eiusque propagatione* (phyſice), alterum *de auris humanae ſtructura* (anatomice, ſed imperfecte), tertium *de auditu vel modo, quo ſoni a nobis percipiuntur*, (breuiter, ita tamen, vt aquae labyrinthi vim attribuat vltimam neruulos feriendi ac tremulum motum ad cerebrum vſque prouehendi, immo vero doctam diiudicandarum fidium aurem ab magnitudine et figura labyrinthi diuerſa repetit); quartum *de quibusdam auditus vitiis*, ſed ieiune.

13. *Tentamen med. inaug. de ſomno* — auctore
p. 1. STEPHANO DICKSON, *Hiberno*, 37 *pagg.* Verſatur Noſter vnice in ſomno naturali, ſed ita, vt meminiſſe videatur illius Ciceroniani, fronte libelli affixi: *Quid melius, quam in mediis vitae laboribus*
p. 6. *obdormiſcere?* Scribendi genus enim tam horridum eſt, vt *auctori doleat haſce paginas* tam *feſtinato ſcriptas*, *confeſtim publici iuris facere.* Sequuntur ad
p. 25. calcem *notae probationibus ſtabilientes quaedam in praecedente tentamine affirmata*, ſed quae melius erat omittere. Noſter enim variis tentaminibus ſcilicet certior factus eſt, pulſum dormientium eſſe len-

lentiorem, negat, corpus aut animum in perfecto ſomno et in perfecta apoplexia a voluntate regi ait, calorem minui etc. Sit ergo Noſtro poſt gradum Doctoris ſemper ſomnus facilis!

14. *Diſſ. med. inaug. amplectens quaedam de vtero grauido* — auctore BENIAMINO KISSAM, *Americano*, 35 *pagg.* In anatomica partium deſcriptione ineſt parum de circuitu directo inter matrem et fetum, de grauiditatis ſequelis, de cura grauidae, ſed deſiderantur, quae iure ineſſe putes. Eſt ergo haec ſcriptio vna ex pluribus. p. 1. p. 21. p. 29.

15. *Diſſ. med. inaug de ſomno* — auctore ROBERTO CLEGHORN, *Scoto*, 51 *pagg.* Haud levis de ſomno libellus eſt, qui quatuor capitibus conſtat. 1. *Phaenomena ſomni.* Imago fideliter expreſſa. 2. *Cauſae ſomni.* Memorantur impreſſiones nullae vel leues, deſideria expleta dolorque decedens, relaxantia quaeque. 3. *Effectus ſomni.* Dicuntur in eo conſiſtere, quod ſenſus res externas fere non capiant, mobilitas muſculorum minuatur, et quaeuis ſecretio etc. 4. *Cauſa proxima ſomni.* Hanc Noſter ex CULLENII auctoritate collapſum vel immobilitatem ſumendam ſuadet. Sub finem adduntur pauca et manca *de ſomniis*, quae definiri non poſſe et ſperni debere creduntur. p. 3. p. 6. p. 16. p. 27. p. 33.

16. *Diſſ. med. inaug. de hydrope* — auctore ARTHURO GRANT ROBERTSON, *Antiguenſi*, 33 *pagg.* Dicit Noſter, *hoc ſumma feſtinatione finitum opuſculum*, et recte: Nam nihil intus eſt, quod memorabile putes. Praeſtabat ergo, honores ſine feſtinata opella ambire. p. 33.

17. *Tentamen phyſicum inaug. quaedam de euaporatione complectens*, auctore IACOBO PATERSON, *Britanno*, 52 *pagg.* Abſoluitur libellus tribus capitibus. Primum agit *de euaporationis theoriis diuerſis*, puta NIEUWENTYTI, WALLISI, CARTESII, p. 7.

SII, DESAGULIERI, HALLAEI et BLACKII, ſub-
iuncta quadam ſententia propria, qua vaporatio di-
citur eſſe proceſſus duplex, ad ſolutionem aquae
p. 34. in aëre neceſſarius. Alterum caput inſcribitur *de quantitate aquae in aërem exhalata*, quae immenſa eſſe dicitur, et nos in oceano viuere videmur, ſi auctori credimus. Tertium verſatur in explican-
p. 38. dis *quibusdam euaporationis effectibus*. Sunt vero frigoris notabilis generatio, ebullitio, nubium formatura, grandinem, nebulas, ros, pruinam et fluminum ortum complexa.

18. *Diſſ. med. inaug. de hyſteria* — auctore ROBERTO GROAT, *Britanno*, 49 *pagg.* Decurrit commodo diſputatio per definitionem, hiſtoriam morbi, diagnoſin, ſeminia, noxas, cauſam proxi-
p. 24. mam, quam *in affectu canalis alimentarii ſpaſmodico, a ſtatu certo forſitan partium genitalium proficiſcente*, item *in motu antiperiſtaltico aucto et admodum magna ſyſtematis neruoſi irritabilitate* ponendam eſſe cenſet; per euentum morbi et rationem medendi. Haec iubet in ſubſidium vocare ſpiritum aethereum vitriolicum, ſub hiſtrionum principe ac coryphaeo, *Grahamo*, electricitatem, alcali volatile, aſam foetidam, opium, artemiſiam, pediluuia, et fomenta, ſpernere contra moſchum, camphoram, hyoſcyamum, cicutam, valerianam, caſtoreum, his etiam ex vſu Cl. GREGORII addere acetum largius ſumtum. Tan-
p. 36. dem coronidis loco ſcribitur *conſilium de impediendo reditu*, ſuadendo regimen idoneum, aërem purum et frigidum, exercitationem, balneum frigidum, oblectationes et medicamenta tonica, et ſingulatim quaeuis explicando.

19. *Diſſ. med. inaug. de ictero* — auctore DIONYSIO KEOGH, *Hiberno*, 35 *pagg.* Sterilis eſt diſputatio; falleris, lector, ſi qua noua quaeris.

Nam

Nam nec origo icteri a vaſorum lymphaticorum ſorbentium vitio auctori nota eſt.

20. *Diſſ. phyſica inaug. de viſu* — auctore IONATHAN DUDLEY, *Hiberno*, 33 *pagg.* Memorantur *quaedam de lumine*, *de oculo*, *de videndi methodo* (phyſice), *de viſus vitiis quibusdam*, (medice, ſed parum de myopia et presbyopia); ieiuna ergo eſt ſcriptio, et, vt plurimae harum diſputationum, ex praelectionibus profeſſorum facta compilatio.

21. *Diſſ. med. inaug. de febribus intermittentibus medendo* — auctore FRANCISCO BUCHANAN, *Scoto*, 80 *pagg.* Continet ſe auctor intra notiſſima huc pertinentia praecepta, ſed vere diiudicat omnia, nec omiſſa quidem nupera de cortice peruuiano rubro diſputatione.

22. *Diſſ. med. inaug. de ſcarlatina cynanchica* — auctore ANDREA COVENTRY, *Scoto*, 55 *pagg.* Curatius et vſui accommodate deſcribitur haec febris contagioſa, ſed iterum repetenda eſt noſtra confeſſio, nihil noui haec ſcriptio apportat ſcilicet.

23. *Diſſ. med. inaug. de hydrothorace* — auctore CAROLO HILL, *Hiberno*, 35 *pagg.* Definit Noſter morbum ſecundum Cl. CULLENUM, qui fallit ſub ſpecie catarrhi, ſi ab thorace incipit, contra ſub ſpecie hydropis, ſi aliunde venit; poſt *diagnoſin* exhibetur *theoria morbi*, qui ab exhalatione ac ſorptione impedita repetitur; *ratio ſymptomatum* i. e. dyſpnoeae, tuſſis, difficilis decubitus, palpitationis, ſomni cito abituri, vrinae parcae et ſitis, item ſtuporis brachii; *prognoſis*, vtpote plerumque infauſta; *methodus medendi*, quae intra notiſſima praecepta conſiſtit. p. 15. p. 23. p. 27. p. 28.

24. *Tentamen med. inaug. de variolis* — auctore GULIELMO FERGUS, *Hiberno*, 29 *pagg.* Eſt quis variolae benignae et malignae adumbratio, et Noſter videtur hanc ſoli febri inflammatoriae et

putridae accommodare. Quam vere, huius loci non eſt multis anquirere.

25. *Tractatus med. inaug. quaedam de diaeta ſa materia diaetetica ipſiusque in corpus et in mentem effectibus complectens* — auctore THOMA BELL, *Hiberno*, 48 *pagg.* Non ſpernenda quidem opella iſthaec eſt, cum praecepta victus ordinandi potiori plane ac perſpicue tradantur, etſi noua non adfe-
p. 10. rat. Conſtat *tribus partibus*. Prima eſt *de cibo ſolido*. Praeuia quaeſtione, vtrum homo anim carniuorum ſit appellandus, nec ne, et quae ſi victus ex animantibus et vegetabilibus diuerſitas explicantur dotes lactis, piſcium, varia variorum ciborum conditio in ventriculo et inteſtinis, et ſi verſi victus in ſanguinem effectus, diuerſa nutrimenti quantitas, manducatio et ciborum coctu (quidni haec poſteriora primum locum occupant
p. 36. Secunda eſt *de potu*. Huc referuntur aqua, liqu res fermentati, ſpiritus deſtillatus, theae et coffe infuſum et decoctum ex cacao nucleo. Tertia
p. 44. *de cibi diuerſi in mentem effectibus*. Per exemp quam breuiſſime docetur, victum animalem feci nationes feroces et bellicoſas, victum vero vege bilem mites et manſuetas, diuerſum victum, ſi ſpectes qualitatem, ſiue quantitatem, valere pl mum ad intelligentiam et phantaſiam vel excit dam, vel deprimendam.

1784. *Menſe* (24) *Iunio*.

1. *Diſſ. med. inaug. de leucophlegmatia* — auct IOANNE UNTHANK, *Hiberno*, 82 *pagg.* Orsi
p. 7. Noſter ab *ſignorum enarratione*, eaque ſatis acc
p. 14. rata, et ſubdit *definitionem*, vtrumque morbum, leucophlegmatiam et anaſarcam, eundem pro
p. 19. ſus; *theoriam*, i. e. cauſam proximam, ſolidor

ſtirationem et humidorum intemperiem; *remotas* p. 27.
cauſas, ex quarum numero ſunt aër frigidus et humidus, cibus leuis vel tenacis materiae, frigida vel immodica potio, crebra vel nimia ſanguinis detractio, morbi praegreſſi, excretio cohibita, triſtes animi motus, abuſus liquorum ſpirituoſorum; *pro-* p. 39.
gnoſin ſtadio morbi adaptatam; *curationem*, quae p. 41.
in eo conſiſtit, vt *diatheſis leucophlegmatica corrigatur*, leuando cauſas et reſtituendo tonum, *vt effuſus humor euacuetur* vel per *vias naturales*, i. e. emeticis, catharticis, diureticis, diaphoreticis et ſialagogis, vel per *emiſſaria noua*, i. e. veſicantibus, incidonibus, fonticulis, attrahentibus; *vt effuſi humoris ſorptio promoueatur*, idque fit ſtimulantibus, fictione, electricae materiae appulſione ac mercurio; *vt recidiuus morbus auertatur*, adhibendo auxilia tonica et balneum frigidum. Haec quidem ſingulatim percenſentur, ſed copioſa repetitione non egent, quia nota cuiuis medico ſunt. Quaeritur ſub finem, *an potus liberaliter dandus ſit?* et reſpondetur, p. 78.
potiones ſaepe idoneas, aliquando neceſſarias eſſe.

2. *Diſſ. med. inaug. de morbo venereo* — auctore IOANNE MURDOCH LOGAN, *Ciue Boſtonienſi Americano*, 50 *pagg.* Repetit Noſter primas luis venereae origines ab 1493. ex fide hiſtorica, quae potior eſt Cl. HENSLERI coniectura, et contra DUNCANUM et TODIUM hanc et gonorrhoeam eundem morbum eſſe profitetur. Breuiter hoc probaturus, p. 3.
exemplis docet, eandem feminam impuram alii gonorrhoeam, alii luem impertiiſſe, virus, vrethrae commotum, illam generaſſe, vtrumque morbum, illum bubonem et faucium vlcerationem in locum alterius ſucceſſiſſe, et cum haec adfuerit, luem inueteratam a gonorrhoea excitatam eſſe, hanc excitare poſſe luem ſine bubone, non ſemper in gonorrhoea reperiri vlcus, bubonem vero non fa-

cile fieri ſine vlcere, notas vlceris erodentis in pe-
ne demonſtraſſe Cl. MONROUM, hocque adeſſe
poſſe ſine veſtigiis relictis. Haec quidem omnino
repugnant dictis Cl. TODII, audacter contrarium
p. 6. defendentis. In *hiſtoria morbi* apte deſcribitur go-
norrhoea et ipſa lues. Sorptionem per glandulas
lymphaticas fieri affirmatur cum et ſine roſione, etſi
p. 14. hoc rarius, virus ad naturam materiae contagioſae
multiplicari, cutem vitium prodere primum circa
radices capillorum ſub forma macularum ſubrubra-
p. 17. rum vel purpurearum. *Signa, quae hunc morbum*
ab aliis ſecernunt. Difficile eſt, gonorrhoeam a
leucorrhoea ſub initio diſtinguere, ſub progreſſu
p. 20. difficilius. *Bubones venerei* cognoſcuntur eo, quod
glandulae inguinum ſuperiores occupantur, ad
quando duritie vaſculorum lymphaticorum a pe-
p. 22. vſque ad inguen ſummum. *Modus, quo contagium*
ſyſtema ingreditur, et cauſae morbi. Negat Noſter
morbum hunc foedum ſine coitu olim ortum, nunc
vero natum ait contactu, praeſertim vaſculorum
p. 23. abſorbentium lymphaticorum oſculis ingredi. Go-
norrhoea vna via coitus implantatur, lues vero re-
parentum miniſterio, vel a contactu, v. c. ab oſcu-
p. 24. latione. Procliuitas forte eſt in maiore abſorben-
p. 25. poteſtate quaerenda. Acrimonia virus venereum
cauſa proxima. *Nonnullorum e ſignis explica-*
Virus in extrema glande muco miſtum reponi-
p. 33. et ſenſim proſerpit. *Euentus.* Non adeo mali
p. 34. eſt. *Ratio medendi.* Poſt praecepta gonorrhoea
prophylactica, in quibus eſt aqua calida cum
pone miſta, item alcali cauſticum, non, niſi
plurima aqua exhibitum, iubet Noſter, inflam-
tionem tollere vel minuere, tonum reſtituere
ſigna fortuita remouere. Primum ſcopum facit
venaeſectio, cathartica lenia, diuretica, lotio cal-
partium affectarum; ſecundum cortex, balneum

frigidum, alumen, balſamum copaiuae, extrinſecus iniectio ex albo vitriolo, ſaccharo ſaturni, aerugine aeris (?), opium; tertium remedia accommodata ſymptomatis, v. c. phimoſi, tentigini, teſtium tumori etc. Praeter haec ſuadet, ſemper aliquid mercurii ſumendum, ne qua miaſmatis pars abſorbeatur. Quod ad *luem* attinet, ſolus iuuat p. 44. mercurius. Ad vlcuſcula commendat Noſter merc. praecipit. rubrum, hortatur, vt bubo ſemper diſcutiatur, et praefert ſub curatione luis mercurium ore hauſtum. Quin Cl. CLARE methodum laudat et probat, ceteris vero anteponit pilulas caeruleas Edinb. Cetera non ſunt memorabilia.

3. *Diſſ. phyſ. med. inaug. de pathematibus animi eorumque in corpus humanum effectibus* — auctore GRAEMIO MERCER, *Scoto*, 45 *pagg.* Quinque capitibus complexus eſt Noſter potiora praecepta de natura et cauſis affectuum, de rebus excitantibus et deprimentibus, de ſignis externis, de virtute pellendi vel efficiendi morbos, ſed nihil intus eſt, quod memoratu dignum putes.

4. *Diſſ. med. inaug. de phthiſi pulmonali idiopathica*, — auctore RICARDO KENTISH, *Anglo*, 45 *pagg.* Praefatus eſt Noſter de hoc morbo Britannorum endemio, qui ſingulis annis 4000 — 5000 incolas rapit. Modus tractandi, vt in reliquis diſputationibus huius academiae. Memorabilia ſunto. Singulare vitium eſt, quod tunicae adnatae vaſa rubra euaneſcunt, et albeſcit membrana margaritae in ſimilitudinem. Pus ſorptum non eſt p. 8. cauſa febris hecticae, nec materia noxia retenta, vt Cl. REID ſtatuit, poteſt exacerbationes quotidianas ſuſcitare. Repetendae ergo ab irritabilitate illae p. 11. ſunt. Inter cauſas praediſponentes refertur venu p. 14. tas quaedam, cum ſenſu ponderis ad praecordia copulata. Albedo dentium ſignum eſt phthiſeos, p. 15.

ſed fere iuncta cum macula lactea in centro, eaque
oriri videtur ab actione materiae ſalinae ori infiden-
p. 19. tis. Cauſa proxima eſt debilitas. Tubercula pul-
p. 23. monum ſunt vaſa bronchiorum lympha coagula-
p. 24. bili referta. Expectoratio eſt omnium ſignorum ſal-
p. 25. laciſſimum. (Hic quaedam *de natura puris* Noſter
narrat, et diſtinctionem inter pus et mucum ſuper-
p. 27. fluam putat.). Neque periculoſa puris eſt reiectio,
p. 34. niſi ſit etiam copioſa, foetida. Lac non eſt profi-
p. 42. cuum phthiſicis. Balſama non ſunt omnino reii-
cienda.

5. *Diſſ. med. inaug. de vermibus inteſtinorum* — auctore THOMA WALLIS, *Hiberno*, 53 *pagg.* Con-
tinet ſe Noſter intra explicationem vermium com-
p. 10. munium, taeniae, aſcaridis et lumbrici. Mucum
negat eſſe cauſam, oriri eos ait ex ouis, quae vi
p. 15. cum cibo animalia ingrediuntur. Signa vermium
p. 20. praeter excretionem, dubia ſunt et ancipitia. De-
bius etiam tumor oedematoſus ad narium alas, quem
p. 21. Cl. HOME memorauit. Difficilius eſt, hydroce-
phalum internum incipientem a vermibus diſtin-
p. 23. guere propter ſigna quaedam communia. Sym-
ptomata ſatis produnt, ventriculum et inteſtina
p. 27. turbari vermibus, hinc digeſtionem impediri. Me-
dici eſt, eiicere vermes, et effectis inde ſequen-
p. 30. tibus obſiſtere. Puluis ſtanni mechanice agit; aru-
p. 31. na deuorata interdum profuit: Dolichos pruriens
mole gr. ii — viii ſub forma boli vel electuarii ſum-
p. 33. ta, mire iuuit. Oleum nocet iis, quibus ſpiracula
ſunt. Minus certa aqua calcis deglutita vel inie-
p. 34. eſt. Calomelas iuuat. Vitriolum viride inter o-
p. 35. ſoleta eſt. Spigelia Marylandica laudabilis. Ejus
p. 42. radix filicis. Cortex *Geoffraeae Iamaicenſis* inne-
Angl. *Cabbagetree bark*, ſub forma decocti, ſyru-
pulueris et extracti, exhibetur tuto et ſalutari-
Cu-

Cataplaſmata parum proficere poſſunt, enemata non niſi ad aſcarides. p. 50. p. 51.

6. *Diſſ. med. inaug. quaedam de ſedentariae vitae malis amplectens* — auctore IOANNE POTTER, *Anglo*, 56 *pagg.* De ſedentariae vitae malis acturus Noſter praemiſit. *Part. I. pauca de hiſtoria et cauſis morborum in variis aetatibus ex ſedentaria vita*, vere quidem, ſed non noue; *Part. II.* ſcripſit *de exercitationis in corpus humanum effectibus; Part. III. de vſu exercitationis ad ſanitatem tuendam et morbos leuandos.* Commendatur ad tollendam vel minuendam amenorrhoeam, dyſpepſiam, ſcrophulam, phthiſin pulmonum, icterum, epilepſiam et hyſteriam, menorrhagiam et leucorrhoeam, hypochondriaſin, podagram, anaſarcam et aſciten, congeſtionem ſanguinis, vnaque optat Noſter, vt gymnaſtice veterum denuo redintegretur. p. 9. p. 28. p. 34.

7. *Diſſ. phyſico-med. inaug. de voce humana* — auctore EDUARDO LONG FOX, *Britanno*, 47 *pagg.* Bona diſſertatio, quae lucidum ordinem ac diligentiam multam prodit. Continetur *cap. I. Pars anatomica* i. e. deſcriptio partium, quibus vox abſoluitur. *Cap. 2. quorundam experimentorum hiſtoria*, i. e. euentus trium experimentorum, vnde patet, ab ſectione nullam mutationem in cartilagine thyroide, ſiue ſpectes contractionem, ſiue dilatationem, eſſe obſeruatam. *Cap. 3. quaedam obſeruationes de ſonis*, i. e. explicatio conditionum ſonus. *Cap. 4. De ſonis ſpeciebus et cauſis.* Docetur ſedes et cauſa vocis, et negatur, labia glottidis eodem modo, quo fides contentae, vibrare, ſed tremere, vt arundines inſtrumenti, quod *clarinet* dicitur; Explicantur etiam *vox grauis et acuta*, quarum haec fit per aperturam glottidis contractam, illa per dilatationem; *vox fortis et debilis*, ita, vt vigor eius a quantitate ac impetu p. 11. p. 15. p. 18. p. 25. p. 27. p. 30.

p. 33. petu aëris deriuetur; *vocis differentiae, mutatio vocis*
p. 40. *tempore pubertatis, vocis vitia*, i. e. paraphonia, aphonia, pertuſſis, vox clangoſa in cynanche tracheali, quae breuiter percenſentur,

8. *Diſſ. therapeutica inaug. quaedam de ſudore complectens*, auctore HENRICO BROUNCKER WILSON, *de inſula Sancti Chriſtophori*, 38 *pagg.* Praevia doctrina exhalationis, agit Noſter de ſudoriferis, confutando aliorum ſententias, addendo ſuam meliorem, vt putat, nempe ſudorem fieri ab ſero
p. 16. ſanguinis, ſed magis ab aqua, in ventriculum recepta, diuturnum vero ab ipſis corporis fluidis.
p. 17. Deinde diuidit ſudorifica in relaxantia et ſtimulan-
p. 23. tia, eaque ſingulatim percenſet. Poſt explicat *diaphoreticorum vſum*, ad mutationes in circuitu ſanguinis tollendas, et vacuandum humorem, addendo quasdam Cl. HAMILTONI obſeruationes.

9. *Diſſ. med. inaug. de raphania* — auctore MICHAELE RYAN, *Hiberno*, 41 *pagg.* Repetuntur communia praecepta ſine proprio vſu et experientia. Id vnum exemplum, ſi verum et certum eſt, memorare lubet, raphaniam ſemel ortam eſſe ex plethora ob omiſſam venaeſectionem.

10. *Diſſ. med. inaug. de inflammatione*, auctore IO. BARCLAY, *Scoto*, 39 *pagg.* Scripta et compilata eſt ex decretis Cl. CULLENI.

11. *Diſſ. med. inaug. quaedam de cancro complectens*, — auctore IONATHAN CLERKE, *Hiberno*, 32 *pagg.* Orſus Noſter a ſcirrho, ad cancrum inde ortum progreditur, cui ſubiungit eum, qui ſine ſcirrho venit. Sed pauca ſunt, quae ſcire intereſt.
p. 16. Cancrum haereditarium dari credit. Cauſam proxi-
p. 22. mam dicit propriam vaſorum partis affectae actio-
p. 23. nem, qua tetrum liquorem ſecernit glandula,
p. 26. et conferre aliquid putat fermentationem. Curando cancro prae ceteris valere creditur mercurius. De

noti-

notis remediis quaedam monentur in tranſitu, exſtirpatio laudatur.

12. *Diſſ. med. inaug. de morbo pſoadico*, auctore RAIO BECKWITH, *Anglo*, 38 *pagg.* Complexus Noſter ſub hoc nomine eſt *lumbaginem pſoadicam ſ. apoſtematoſam* Sauvag. *phthiſin cellularum* Haen. Poſt definitionem mali, deſcribuntur partes affectae i. e. pſoas maior, ſiſtitur imago doloris poſt inflammationem in ſuppurationem et mortem abituri. Cadauerum ſectio oſtendit ingentes abſceſſus ſub muſculo pſoade. Sub initio mentitur rheumatiſmum. Cauſa proxima eſt communis inflammationum, exitus plerumque infauſtus, medendi via notiſſima.

13. *Diſſ. med. inaug. de aſthmate ſpaſmodico* — auctore THOMA RYAN, *Hiberno*, 39 *pagg.* Nihil noui adfert Noſter. Caſſus ergo labor eſt.

14. *Diſſ. med. inaug. de opio quaedam complectens*, auctore EDUARDO HARRISON, *Anglo*, 47 *pagg.* Bona compilatio, cuius auctor collegit, quicquid inde *de opio* dictum vel ſcriptum eſt. Narratur *cap. 1. opii naturalis hiſtoria eiusque in vetere medicina exiſtimatio, analyſis et praeparatio; Cap. 2.* explicatur *effectus opii*, nempe concitando pulſum, exhilarando animum, obtundendo ſenſum, reprimendo virtutem ſtomachi et inteſtinorum, cohibendo egeſtiones, ſedando motum voluntarium, et alliciendo ſomnum, citando vel retardando ſpiritus reciprocationem; Cap. 3. ſcribuntur *morbi, in quibus medici opio vtuntur*, nempe febres intermittentes, febris continua typhodes, phlegmaſiae, variolae, rubeola, haemorrhagiae, catarrhus, dyſenteria, ſed haec ex aliorum auctoritate, praeſertim TRALLESII, teſtis minus idonei, vtpote ſemper meticuloſi. Sub finem hortatur Noſter, vt, ſi quando nimia copia hauſtum ſit opium, ad

p. 2
p. 7.
p. 24.
p. 47.

exemplum Cl. MONROI tubulo aqua larga infundatur oeſophago, deinde per fiſtulam pneumaticam (Syringe dicitur) exantletur iterum atque iterum liquor, donec probe eluatur ſtomachus.

1784. *Menſe* (13) *Septembri.*

15. *Diſſ. phyſico-chemica inaug. de principio ſorbili ſiue communi mutationum chemicarum cauſa, quaſtionem, an phlogiſton ſit ſubſtantia, an qualitas agitans, et alteram ignis theoriam complectens*, auctore RICARDO LUBBOCK, *Anglo-Britanno*, 137 *pagg.* Perdiligenter verſatus Noſter eſt in hoc argumento
p. 1. non leui quidem, ſed ſcitu digno. Agit *pars pri-*
p. 6. *ma de phlogiſto.* Docetur multis, quod *nullo modo principii corporibus communis infirmet exiſtentiam,*
p. 10. *quia idem aliis ſeiunctum obuerſari nequeat*, item *quod phlogiſti, vt principii exiſtentiae, veriſſimae ratiocinandi aduerſentur leges.* Hic etiam diſquiritur, *num*
p. 12. *phlogiſton ſit leuitatis principium ſiue grauitatis cauſa.* Hanc ſententiam nuper deſeruit Cl. BLACK, et duo-
p. 15. bis experimentis reprobat Noſter. *Num aëris phlo-*
p. 16. *giſti ope imminui poſſit elater?* Negatur. *Num acidum aëreum ab aëre, phlogiſti aduentu, deiiciatur?* Negatur etiam, quia in aëre, quo nullum prehendi poteſt acidi indicium, idem molis decrementum manifeſtatur, et experimento quodam clarius fit.
p. 18. *Num aëris moles vel lucis, vel caloris aufugio imi-*
p. 19. *nuatur?* Damnatur iterum. *Num aër ex acido aëreo progenerato molis imminutionem accipiat?* Hanc ſententiam BLACKII et KIRWANI veram eſſe negat, quia in nullo experimento, niſi materies ex animalibus vel plantis ſumta fuerit, acidum aëreum progene-
p. 23. rari poteſt. *Pars ſecunda* agit *de principio ſorbili.* Putat Noſter, praeſtare aërem dephlogiſticatum no-
p. 33. minare aërem purum; Negat, hunc eſſe acidum nitroſum ſolum, vel ex parte maxima eſſe acidum,

aut

sit vero, principium sorbile facere corpora ponderosiora, quae, vbi hoc deest, leuiora fiunt. Examinantur etiam *theoriae corporum combustibilium et combustionis*. Impar videtur Cl. CRAWFORD theoria explicandis combustionis phaenomenis, idque Noster argumentis aptis ostendit. His praemissis, p. 42.
docet, principio sorbili sulphuris combustione detracto, aëris vel atmosphaerici, vel puri resolui compagem, at vero eiusdem principii cum sulphure nexu acidum efformari vitriolicum. Similiter, p. 49.
principio sorbili phosphori combustione detracto, aëris vel atmosphaerici vel puri resolui compagem, at eius cum phosphoro nexu acidum efformari phosphoricum; Haec experimentis vberius confirmantur. Idem fieri putat Noster a carbonum com- p. 55.
bustione, contra ab nexu horum et principii acidum aëreum. Ex his sumtionibus concluduntur, falsam esse p. 61.
STAHLII sententiam de corporum combustibilium compositione, acida vero illa constare aëre ac parte materiae combustibilis. Hinc multis describitur p. 70.
substantiae ante et post combustionem, et, confirmata attractione vnice electiua, quae in combustione exercetur, formula, paucis explicat *principium sorbile*, i. e. *istud principium, quod in combustione a lucis et caloris principio, attractione corporis combustibilis validiore diuellitur*; docet, combustibi- p. 80. p. 81.
lia corpora substantias esse reuera simplices, quae nullum phlogisto affine vel simile sua compage continent principium, lucis et caloris materiam esse p. 83.
principium aëris proprium, lucis et caloris phaeno- p. 89.
mena ab vno eodemque principio pendere, muta- p. 108.
tionem, quae et aëri, et corporibus combustibilibus ambustione contingit, ab illa mutatione, quae acida et metalla, dum haec in illis soluuntur, insignit, et quae solutio audit, nihilo discrepare. Iam transitur ad *aërem phlogisticatum*. Negat, ve- p. 110.
ram

ram eſſe receptam vtramque ſententiam de huius aëris natura, et his praemiſſis, demonſtrantur ſe-
p. 115. quentes poſitiones. 1) Aër metalli cuiusuis actio-
ne reſoluitur, et calx, compoſitum ex principio
p. 116. ſorbili et metallo oriundum, efformatur. 2) Me-
talla acidum nitroſum, dum in eo ſoluuntur, re-
ſoluunt, principium acido proprium aufugere co-
gunt, et compoſitam vel calcium induunt formam.
p. 116. 3) Metalla aquam, quae in acido vel vitriolico vel
muriatico deliteſcit, dum in his acidis immergun-
tur, reſoluunt, principium aquae proprium aufu-
gere efficiunt, et compoſitam ſibi adipiſcuntur for-
p. 118. mam. 4) Aër vel plantarum fermentatione, vel
p. 120. animalium putredine reſoluitur. 5) Aër anima-
p. 121. lium reſpiratione reſoluitur. 6) Fluidum elec-
cum et aëre, et alia, principium ſorbile attrahen-
p. 122. do, reſoluit. 7) Iſta corpora, quae phoſphoreſcen-
tia dicuntur, aëra reſoluendo, principium aëri pro-
p. 125. prium ſub lucis habitu euoluunt. Sub calcem le-
guntur *notae*, quibus vel omiſſa adduntur, vel mo-
p. 136. morata magis confirmantur, et concluditur, *cor-
pora omnia combuſtibilia, metallica aliaque, ſiue ex
plantis, ſiue animalibus deſumta, in alia tantum, prin-
cipium ſorbile ſiue commune attrahendo, agere poſſe,
et his ſolis admiſſis, principium hoc ob imperium ſuum
in chemia fere vniuerſum, ſummam mereri cogni-
tionem.*

16. *Diſſ. pathologica inaug. de ſanguinis per cor-
pus viuum circulantis putredine* — auctore SAMUELE FERRIS, *Anglo-Britanno*, 122 *pagg.* Recte No-
ſter iam in prooemio ſtatuit, eos valde errare, qui
morbos ab ſolis neruis, vel ſolidis, vel humidis re-
petunt, quoniam alterum ſine altero conſiſtere non
poteſt. Deinde aggreditur arduam *de putredine hu-*
p. 4. *morum circumfluentium* quaeſtionem. Prima eſt,
num ſanguis, corpore viuo, putreſcere poſſit? Poteſt,
quia

quia ſanguis particeps non eſt virtutis vitalis, quae per neruos ex cerebro propagatur, ergo etiam morbidus fieri, et in putredinem quodammodo inclinare. (Hac occaſione Noſter multus eſt et diſertus in confutando Cl. MILMAN et LINDIO quoad ſcorbutum, quem a putredine ſanguinis fieri contendit.) Iam vtitur exemplis peſtis et typhi ad ſententiam ſuam confirmandam, quod quidam putredinis gradus, viuo homine, poſſit infeſtare ſanguinem. Melius et aptius haec quaeſtio agitari debuit.

17. *Diſſ. inaug. de humorum in morbis contagioſis aſſimilatione, in tentamine de variolae natura et ſede indagata* — auctore IACOBO CURRY, *Hiberno*, 33 *pagg.* Negat Noſter, variolam ex ſanguine fieri, ait vero, dari tres infectionis vias, primum per inſitionem, deinde vbi materia varioloſa recta ad ſanguinem defertur, v. c. in fetu vel poſt voratas cruſtas, tandem per naturalem modum, et ſolis deberi neruis, varioloſam materiam ab extremorum in ſummo vaſorum actione pendere; rationem, quare ſemel variolae hominem affectent, quaerendam eſſe in quadam neruoſi generis mutatione, vt eadem poteſtas iterum nequeat afficere.

18. *Tentamen med. inaug. quaedam de febribus intermittentibus complectens* — auctore IACOBO COLLIER, *Britanno*, 39 *pagg.* Praemiſſa hiſtoria febris intermittentis, inquirit Noſter in *cauſam proximam*, eamque credit, duce Cl. CULLENO, vaſorum extremorum atoniam demum efficere ſpaſmum, *remotam* vero paludum miaſma vel putridum effluvium eſſe dubitat. *Diuerſas ſpecies* ſtatuit habere vnum genus, i. e. tertianam, diuturnitate paroxyſmorum et diuerſitate interuallorum tantum variantem. Id quod ex natura ſymptomatum elicitur et demonſtratur. Quoad *curationem*, maxime verſatur

p. 5.

p. 11.

p. 20.

p. 29.

p. 37. tur Noſter in definiendo vſu corticis, (ſed haec quidem notiſſima) et apud Batauos cum tartaro emetico, repetito aliquot horas ante accesſionem vel ſub ipſum frigoris tempus dato, paroxyſmos et breviores et leniores ſe feciſſe profitetur. Neque haec medendi via noua eſt.

19. *Tentamen inaug. de pulſu arteriarum quasdam complectens* — auctore ALEXANDRO PELISSIER, *Hiberno*, 29 *pagg.* Siſtit Noſter breuem, at
p. 2. non perfectam de pulſu doctrinam. Agit *pars I. de pulſu naturali*, ita, vt explicetur, quid in variando pulſu valeat aetas, ſexus et corporum natura, vt doceatur, pulſum naturalem, quoad ictus, fere quouis mane conuenire, veſperi et ſub ſomni ingreſſu paullum minui numerum, matutinum ſedatum eſſe, in vigilantibus et conualeſcentibus poſt ſomnum paullo frequentiorem, ſub noctis initium octo vel plures ſuperaccedere; (hinc febrium exacerbatio veſpertina) ſubiecta eſt tabula, quam ROBINSON ſcripſit, pulſus matutini et pomeridiani, vt differentia melius perſpiciatur. Curioſus ſcrutator facile animaduertet, pulſum quouis die bis increſcere, bis decreſcere, (hinc duplex febrium continuarum exacerbatio intelligenda) theae infuſum ſem-
p. 10. per eum retardare. *Pars II.* complectitur vitia *pulſus*, i. e. explicationem pulſus magni et parui, pleni, i. e. qui fit a nimio ſanguine, validi et debilis, duri et mollis, frequentis et rari, celeris et tardi, inaequalis, dicroti, incidui, intermittentis, ſed nihil reperimus, quod proprium auctori ſit.
p. 25. *Pars III.* verſatur in *explorando pulſu*, i. e. in praeceptis memorabilibus, ne quis fallatur. Horologium non adhibendum ſuadet, quia ſic ceterae pulſus conditiones praeteruiſuntur, ferendum putat in acutis, negligendum in longis, bonum et exercitum medicum hoc carere poſſe. (Sunt et in Germa-

nia

nia medici vaniloqui, qui ex horologio mortem ad menſem reſtringere audent, etſi malo cum augurio. Decent talia hiſtrionem, non medicum, cum pauci ſint medici, qui rite ſciant pulſum aeſtimare.)

20. *Tentamen inaug. anatomicum et phyſiologicum de differentiis inter fetum et adultum, harum vſus, et mutationes, quae in prioris corpore poſt partum fiunt, tuenſens*, auctore IACOBO GERARD, *Anglo*, 49 *pagg.* Siſtitur *tabula*, vnde pateant *differentiae generales* et *ſpeciales*, deinde ſingulatim percurruntur.

21. *Diſſ. de febre puerperarum* — auctore THOMA FULHAME, *Hiberno*, 12 *pagg.* Poſt morbi hiſtoriam ſequuntur *cauſae remotae*, quas ſub debilitate ac diatheſi phlogiſtica latere putat; *natura morbi*, quam anteceſſores ignoraſſe Noſter credit, eamque variam putat pro aegrae habitu et cauſis, nihil huic morbo eſſe proprium, praeter omenti et inteſtinorum affectionem localem, poſt partum ſecuturam, raro ſimplicem, ſaepius compoſitam; *diagnoſis, prognoſis et prophylaxis*, et *conſilia medendi*, quae continentur, ſi ſynocha adeſt, regimine antiphlogiſtico, ſanguinis miſſione, purgantibus mitioribus, emeticis; contra ſi cum typho incidit, roborantibus, vino rubro, victu nutriente.

p. 4. p. 5. p. 8. p. 10.

22. *Diſſ. phyſiologica de cute et tactu*, auctore LAURENTIO WALSH, *Hiberno*, 40 *pagg.* Orditur Noſter ab *epidermidis ſtructura et origine, ac vſu*, deinde *cutim* explicat, poſt agit *de tactu et eius cum reliquis ſenſibus affinitate*, *de ſenſu tactus exercendo*, ſed ita, vt nihil inde noui diſcant lectores, plura ſuperſint, quae melius dici et ſcribi poterant, ſi exterorum ſcripta legiſſet.

p. 5. p. 28. p. 35.

23. *Diſſ.*

23. *Diſſ. de ſubmerſis* — auctore IACOBO K
DONNELI, *Hiberno*, 52 *pagg.* Conſtat opuſculum
p. 5. quinque capitibus. I. *Phaenomenorum deſcriptio*
p. 15. Nota ſymptomata. II. *Noſologia.* Negat Noſter
hanc ad apoplexiam pertinere, nec ad ſyncopen
p. 24. ſed eandem cum ſtrangulatione eſſe. III. *Prognoſis.* Cum vita non conſiſtat in ſenſu, ſpiritu, vel
qualibet alia functione, ſed in ſtimuli ſuſcipiendi
facultate, fallax omne mortis ſignum eſt. Aqua
pulmonem vel ventriculum occupans, prope ex-
p. 33. hauſtam vim vitalem denunciat. IV. *De cauſis et*
earum in ſymptomatibus faciendis opere. Caulam
p. 47. proximam ſtatuit debilitatem communem. V. *De*
medendi ratione. Faciunt eam quique ſtimuli, aër,
calor et electricitas.

24. *Diſſ. med. inaug. de amenorrhoea* — auctore
p. 28. THOMA SPENS, *Edinburg*, 33 *pagg.* Nihil nobis
memorabile viſum eſt, niſi hoc, quod radicem ru-
biae tinctorum, patris ad exemplum, vt aperien-
tem, commendauit.

25. *Diſſ. med. inaug. de vita marina et de varietatibus et morbis eius in diuerſis regionibus, nec non de*
effectibus et conſeruatione eiusdem — auctore GULIELMO HENDERSON, *Britanno*, 57 *pagg.* Appellat
p. 8. Noſter propriam experientiam. Deſcribit ergo *vitam marinam in portu, inter nauigandum, in nauibus maioribus vel minoribus, in latitudinibus frigidis et calidis, ſub tempeſtatibus*, lectu iucundam iis, qui
e longinquo vident et audiunt maris ſtrepitus; dein-
p. 31. de agit *de effectibus generalibus vitae marinae.* Sunt
quidem nauſea, raro per medicamenta fuganda, et
plethora ad vaſa, congeſtio ad caput, ſcorbutus,
p. 37. aluus adſtricta; poſt tractat *de vitae marinae incom-*
p. 40. *modis* generaliter, *de morborum praeuentione et ſalutis conſeruatione inter nauigandum* ſpeciatim, ſic,
vt primo de febribus et fluxibus auertendis loqua-
tur,

tur, deinde de praeſeruatione ſcorbuti. Scribit etiam regulas *de victus adminiſtratione idonea*, et iu- p. 49.
bet ſorberi mane infuſum theae, edi braſſicam acidam, panem, et id genus apta alimenta. Ergo iterum dapes veteres et ſordentes, ſiue, quod aiunt multi, compilationem!

25. *Diſſ. med. inaug. quaedam complectens de haemorrhagia pulmonum* — auctore IACOBO DONOVAN, *Hiberno*, 22 *pagg.* Eſt vulgaris haemoptyſeos adumbratio, praetereaque nihil.

26. *Tentamen med. inaug. quaedam de phrenitide ſera complectens* — auctore ANDREA BERRY, *Scoto*, 35 *pagg.* Deſcribitur phrenitis idiopathica, curatur iis, quae ſanguinis impetum minuunt.

27. *Tentamen chymico-medicum de aëre fixo ſiue acido aëreo* — auctore THOMA ADDIS EMMET, *Hiberno*, 60 *pagg.* Negat Noſter Cl. KIRWANI p. 15.
decretum de natura aëris fixi, et experimentis propriis refellere ſtudet. Subiicit quaedam *de acidi* p. 46.
aërei in medicina vſibus, et candide profitetur, hoc interdum profuiſſe, at non ſemper. Nominat morbos, puta vlcera vetuſta et rebellia, gangraenam, vitia ventriculi, calculum veſicae (ſed dubitanter) typhum putridum, forte et peſtem, anginam malignam, variolas confluentes et morbillos putridi generis, phthiſin pulmonalem, dyſenteriam, (hic ex iudicio Noſtri quam maxime iuuat), ſcorbutum, in hoc tamen putat aërem magis eſſe prophylaxin, quam medicinam.

III.

Diſſertation ſur l'importance des évacuans dans la cure des playes récentes ſimples ou graves, ſuivie d'obſervations raiſonnées ſur la

complication du vice vénérien et ſcorbutique, par M. LOMBARD, *Correſpondant de l'Académie royale de Chirurgie, ancien Chirurgien-major employé en cette qualité à l'armée de Normandie, Chirurgien-major en chef de l'Hopital militaire de Strasbourg, et premier Chirurgien de la Cour de S. A. S. Monſeigneur le Duc de Schleswig-Holſtein-Limbourg.* A Strasbourg, de l'Imprimerie de Lewault. MDCCLXXXII. 8. mai. pagg. 160. ſine dedicatione;

et

IV.

Diſſertation ſur l'utilité des évacuans, dans la cure des tumeurs, des playes anciennes, des ulceres, etc. précédée d'un Supplément à une première Diſſertation ſur l'importance des évacuans dans la cure des playes récentes, par M. LOMBARD, *Maître en chirurgie de la ville de Dole, Chirurgien-major en Chef de l'Hôpital royal et militaire de Strasbourg, Membre de pluſieurs Académies, etc. etc.* A Strasbourg, MDCCLXXXIII. 8. mai. p. 240.

i. e.

Diſſertatio ſuper pretio euacuantium in curatione vulnerum recentium ſimplicium aut grauium, cui accedunt obſeruationes ampliores de complicatione conſtitutionis venereae et ſcorbuticae, auctore Cl. LOMBARD,

et

Diſſertatio ſuper vtilitate euacuantium in curatione tumorum, vulnerum inueteratorum, vlce-

vlcerum caet. praemiſſo ſupplemento ad diſſertationem priorem, auctore EODEM.

Primo loco de neceſſitate euacuantium in vulneribus recentibus generatim diſſerit Cl. Auctor, conqueſtus, in plurimis libris elementaribus plane negligi diſquiſitionem ſtatus, in quo corpus laeſi, eius humores, digeſtionis viae et negotium fuerint; inde neque diagnoſin, neque indicationes bene formari; ſanguinis miſſionem orgaſmo ex vitiis primarum viarum exorto perperam opponi, imo magis officere. p. 15. Diaetam rigoroſiorem, niſi euacuationes praeceſſerint vel interponantur, non corrigere peruerſitatem humorum, ſed extenuando corpus debilitatem inducere. p. 26. De ſuppuratione per vſum euacuantium aut promouenda aut emendanda, ſi corpus humidum aut cacochymicum; et de eadem iisdem auxiliis moderanda, ſi nimia fuerit, et de cautionibus hoc in caſu adhibendis. p. 29. Teſtimonia chirurgorum prioris aeui de neceſſitate horum remediorum. Quantum inprimis in noſocomiis militaribus momentum ponendum ſit in conſideratione conditionis aegri, in qua vulnus acceperit; inter quinquaginta milites duello inter ſe dimicantes vix duos inueniri, qui ſine incenſis a potu ſpirituoſo animi paſſionibus pugnam exorſi fuerint; et tamen raro praegreſſae ebrietatis, ſed vix non ſemper tantum vulneris rationem haberi. p. 41.

In altera parte ſpecialius momenta quaedam pertractantur, quae euacuantium vſum neceſſarium reddunt. p. 43. Vbi humores ad certum gradum commoti fuerunt, ad praecauendos effectus concuſſionis euacuandum eſt, praemiſſis tamen, ſi caloris aut ſiccitatis ſuſpicio eſt, attenuantibus et relaxantibus, ne euacuantia ſtimulo noxam inferant; optima ex his erunt ex claſſe antiphlogiſticorum cum nitro, pro re nata diluenda et iteranda. De neceſſitate euacuan-

cuantium, vbi primae viae alimentis repletae ſunt. De debilitate per ſanguinis miſſiones inducta, licet eodem auxilio infarctus inflammatorius praeuertatur;

p. 50. fruſtra exſpectari reſorptionem humoris extra vas miſſi, ſi ſolida nimis debilitata fuerint, praecipue in cerebro; inde opus eſſe, vt actio ſolidorum ſtimulo per euacuantia admoto reſuſcitetur. Exempla

p. 56. vulnerum capitis, quae periculoſiora viſa, praemiſſis parcioribus ſanguinis miſſionibus, potiſſimum euacuantibus ſanata ſunt, et aliorum, quae, licet trepanum adhiberetur, lethalia euadebant, ſectio-

p. 76. ne nullam laeſionem cerebri oſtendente. Digreſſio de ſuppoſita neceſſitate trepani ad euitandam preſſionem calli recens enati; hunc metum vel ideo vanum putandum eſſe, quoniam ipſa trepanatione ſpatium maius effici oporteat callo deinde replendum, qui multo maiorem poſtea preſſionem eſſet effecturus; neque tamen hoc ipſum fieri, in calua ex muſeo Cl. LOBSTEIN cognouit Auctor, in qua cicatrices ab ictibus acinacis aliquot ante mortem annis inflictis exterius inaequales, interius autem

p. 82. planae, licet non plenarie coalitae erant. Notae emeticorum in extrauaſatione a diſrupto vaſe maiori cerebri.

p. 90. Diſſenſus auctorum conciliatus. De vſu euacuantium in vulneribus pectoris et abdominis. Denique, vbi locus iis ſit in vulneribus ſclopetorum, potiſſimum ex Cl. LOUBET *), ita tamen, vt eius praecepta non illuſtrentur tantum, ſed etiam corrigantur, inprimis, quatenus purgantibus ſub ſtadio ſuppurationis vtendum ſit.

p. 109. Progredimur ad obſeruationes de complicatione acrimoniae venereae cum ſcorbutica. De malo venereo cum aliis morbis complicato in genere. Difficultates ab eiusdem complicatione cum ſcorbuto

*) Traité des playes d'armes à feu. à Paris 1753. 12.

buto. Differentiae ſcorbuti ex Cl. LIND **). In- p. 118.
ter plus quam octoginta milites praeſidii Argento-
ratenſis, qui anno 1781 morbo hoc complicato la-
borarunt, vix quatuor a bubonibus exemti fuerunt.
Symptomata huius morbi. Mortis ſubitaneae cauſ- p. 122.
ſam potiorem non ab haemorrhagia interna cum
Cl. LIND **), ſed potius a gangraena et putrefactione
viſcerum, pari ratione atque in herniis gangraeno-
ſis, deriuat Cl. Auctor. De dubia diagnoſi vtriuſ-
que morbi inter ſe complicati, indeque profecta
indicatione remediorum adhibendorum: de damno
a mercurialibus metuendo. Bubones venerei cum p. 128.
ſcorbuto complicati tum in initio tum ſub incre-
mento maxime dolent, quamquam palleant, nec ad-
motae manui caloris ſenſum imprimant; incremen-
tum autem adepti dolore carent, ſed ſunt plani,
lati, inaequales; raro reſoluuntur, et ſuppuratio
nonniſi lenta, difficilis et imperfecta ſequitur; in-
terdum ſerum ſanguine remixtum effundunt, mar-
ginesque offerunt flaccidos, pallidos et decolores;
interdum circulo liuido cinctos, quo in caſu fun-
dus vlceris ſordidus eſt; parietes eiusdem obdu-
cuntur materia alba floccoſa foetida, praecurſore
gangraenae velociſſime progreſſurae nulloque mo-
do ſiſtendae. Exempla quaedam inaequalis euen-
tus. Ex antiſcorbuticis ſuccus citri in caſibus qui- p. 134.
busdam exſtinguendo calorem internum mire pro-
fuit. De remediis aduerſus vlcera venerea, ne- p. 147.
ceſſaria eorumdem variatione, caet. De curatione p. 151.
bubonum venereorum: inciſione opus eſt, quum
vera inflammatio praeceſſit, quum bubo mediocris
voluminis aut in vicinia neruorum, arteriarum aut
venarum maiorum ſitus eſt; eſcharotico e contrario

*) Comm. noſtr. Vol. IV. p. 148.
**) l. c. p. 249.

(lapidem cauſticum reliquis praefert Cl. Auctor), ſi bubo inſignis magnitudinis eſt, ſuppuratione lentius procedente, nec niſi maturantibus ſtimulantibus adhibitis promouenda; tunc ſolutione cauſtici excitatur inflammatio febrisque localis, obſtructa
p. 157. reſoluens et in pus conuertens. Glandulis, quae humorem vitiatum ſtagnantem continent, adhuc quodammodo duris, relaxantia ob inde inductam debilitatem non conueniunt; licet enim tela cellulosa eas cingens fluida eorum applicatione allecta euacuet, tamen ſubſtantia ipſa non liberatur. Praeſtant igitur irritantia. Digeſtiua, ſi per longius temporis ſpatium applicentur, nocent; vlcere bene ſuppurante praeſtant lintea carpta ſubtiliora vnguentis. Saepe etiam fundus vlceris curationem retardat, qui duritiem ſeruat et ſaniem acrem ac rodentem plorat; tunc topicis opus eſt, quae moderatam inflammationem excitent et ſuppurationem, quod reſtat, conſumant. Quem in finem ſaepe oleum eſſentiale terebinthinae, tepidum plumaceolo exceptum, ſufficit. Nec alia detergentia reiicit Cl. Auctor, ſed cautionem in eorum vſu commendat. Vlcere deterſo vinum mellitum ſeu balſamum ſamaritanum melius conducit vnguentis aliisque pinguibus.

In libro ſecundo primo loco ſe offert ſupplementum prioris, in quo indicando breuioribus eſſe nobis licebit. In eo nimirum verſatur Cl. Auctor, vt diſſertationem priorem ab iniquioribus cenſuris quibusdam, quas non opus eſt fuſius allegare, vindicet, demonſtrans recentioribusque obſeruationibus comprobans, venae ſectionem non ſemper in vulneribus requiri, quin praeſentibus impuritatibus primarum viarum, ſpaſmorum caet. cauſſis, ſaepius officere, aut ſaltem curationem retardare; ſimilem eſſe mentem antiquiorum aeque ac noſtri temporis chi-

chirurgorum praeſtantiſſimorum, et quae reliqua.

Iam igitur in prima ſectione operis ipſius primo tumores inflammatorios pertractat, et neceſſitatem euacuantium in iis, qui a cauſſis internis oriuntur, demonſtrare ſatagit, innixus iudicio Cl. BOUTEILLE *) (an diſtinguendo ſatis diſpoſitionem inflammatoriam a bilioſa? vti iam monitum eſt in recenſione tractationis viri huius Cl.); euacuantia, ſi ſuppuratio auerti nequeat, eamdem moderari. Copioſe de eorum vſu in eryſipelate (vbiuis, vt opinamur, cognito) ſanguinis miſſionibus praeferendo, praeter id genus, vbi caput affectum eſt, in herpete et anthrace, vbi certe, ſi vmquam, depuratis demum primis viis, ſanguis mittendus eſt; de noxa venae ſectionis in vulneribus corporum cacochymicorum. Tunc progreditur ad tumores frigidos, obſtructiones glandularum inprimis venereas et ſcrophuloſas (vbi in tranſitu familiae illuſtrioris in Alſatia meminit, in qua per plus quam tria ſaecula malum arthriticum haereditate propagatum obſervare liceat, ita vt ab auo ad nepotem tranſeat, quadrageſimo demum anno ſe euoluens et plerumque ante quinquageſimum trucidans **),) et in his magis adſtipulatur Cl. BORDEU, quam Cl. FAVRE, in vſu continuato euacuantium ***). De bronchocele, cuius aliam ſpeciem calidam conſtituit, cuius cognitionem ſe Cel. LOUIS debere gratus fatetur, quae ab infarctu vaſorum, praegreſſa ſuppreſſione fluxus menſtrui aut haemorrhoidalis, exiſtat, et ve-

p. 67. p. 77. p. 87. p. 93. p. 111. p. 120.

*) Comm. noſtr. Vol. IX. p. 451.

**) Simile propemodum exemplum vid. in b. LUDWIGII aduerſ. med. pract. Vol. II. p. 6. Comm. noſtr. Vol. XIX. p. 104.

***) Comm. noſtr. Vol. IX. p. 62 ſeqq.

nae ſectione, iunctis aliis remediis cauſſae cognitae oppoſitis, indigeat; aliam frigidam, ſeu reſolventibus et euacuantibus, ſeu ſola exſtirpatione tollendam. De ſymptomatibus dentitionis difficilis, euacuantium vſu tollendis. De curatione ranulae per phlegmagoga, a Cl. SOULIER praeſtita *). De decubitu lacteo. Quatenus ab euacuantibus aliquid ſperare liceat in tumoribus frigidis ad articulos. De ſpina ventoſa et paedarthrocace. De tumoribus flatulentis. De herniis. Denique de expulſione corporum peregrinorum deglutitorum, ope purgantium praeſtanda.

p. 139. In ſectione ſecunda primo de diſcrimine inter vulnus et vlcus diſputat, et ex huius deſcriptione tranſitum ſibi parat ad ſuppurationem vulnerum, in qua miratur Cel. PETIT non prius quam vigeſimo ſe-
p. 151. cundo die, euacuantia praeſcribere. Horum vſus indicatur, ſi conſtitutio phlegmatica materiam purulentam nimis auget, ſi circa vulnus infarctus duriores paſſim exiſtunt, ſi tela celluloſa vicina inſtitur, ſi fungoſa caro excreſcit, ipſiusque vulneris margines cum duritie eleuantur. De effectibus purgantium in reſorptione puris, ductis ſimul in vſum topicis emollientibus et relaxantibus. De indole puris peruerſa, quatenus purgantia requirat, nec ne. Plus iis, inprimis in corporibus pituitoſis, praeſtari, ad imminuendam nimiam puris copiam,
p. 162. quam ipſa diaeta. De ſymptomatibus in vulneribus inueteratis et vlceribus ab acrimonia humorum profectis, quae ſignis manifeſtis in primis viis ſe prodit, et copioſe admodum de eiusdem genere-
p. 175. tione, diuerſis gradibus, caet. Exempla duo gangraenae, leuiſſimis vulnuſculis in corporibus ſanis viſis ſuperuenientis et tertio die lethalis. De re-

ſtrin-

*) Comm. noſtr. Vol. IX. p. 453 ſeqq.

ſtringendo euacuantium vſu in putredine humorum. De contuſionibus et inde metuenda gangraena: diſcrimen inter topica, a conditione corporis ipſius, caet. p. 186.

Tandem ſubiuncta eſt epiſtola Cl. CHAUSSIER ad Auctorem noſtrum, in qua primo errorem ciuibus ſuis adeo familiarem perſtringit, venae ſectionem in omnibus laeſionibus primum et omnium maxime neceſſarium auxilium eſſe oportere, et quantum inde damni oriri queat, exemplo feminae docet, quae curru deiecta leuiſſimam in capite laeſionem acceperat, et poſt iteratam demum ſanguinis miſſionem funeſta ſymptomata experiebatur, trepanoque adeo admoto ſexto die exſpirabat; ſectio poſt mortem inſtituta nec effuſionem nec infarctum in cerebro oſtendebat, vt adeo omnes triſtes ſequelae lapſus huius a ſolis ſpaſmis deriuandae viderentur. p. 201.

Cenſura Cl. POTT *) in vulneribus capitis venae ſectionem ſolam tamquam certiſſimum auxilium praedicantis, et commendatio opiatorum ad mentem Cl. BROMFIELD **), ſubiuncto exemplo viri iunioris, qui lapſus varia ſymptomata ſpaſtica oſtendebat, nec ſanguinis miſſionibus, nec purgantibus, nec liquori anodyno, ſed laudano liquido cedentia. p. 211.

Sententia Cl. DEASE ***), in laeſionibus capitis inflammationem nonniſi localem exiſtere, quae vniuerſo ſyſtemati ſanguifero adſcribenda non ſit, ideoque perperam eiusdem euacuationem ope crebriorum venae ſectionum poſtulet, quibus adeo obſtructio in finibus extremis arteriarum magis confirmetur, et caet. p. 214.

In carceribus Diuiodunenſibus (et certe plurium aliarum vrbium!) p. 223.

*) Comm. noſtr. Vol. XVII. p. 659.
**) Comm. noſtr. Vol. XX. p. 405.
***) On wounds of the head, London 1776.

bium!) ob impurum aërem vulnerati ſuppurationibus malae indolis ſubiiciuntur, et ſi venae ſectionibus opus fuerit, Cl. Auctor conualeſcentes ſcorbuto, oedemate pedum et faciei vexatos vidit, imo interdum aſcitem accedere: quare ſub ſtatu convaleſcentiae decocta ſudorifera cum lacte et purgantia exhibet.

p. 226. In primis poſt acceptum vulnus momentis terror, ira, animi affectus plus minus viuaces, aut ſolus dolor, oeconomiam animalem turbando accidentia grauiora producunt, quam laeſio ipſa; ſaepe etiam eo ipſo tempore ventriculus aſſumtis alimentis eſt repletus, quod frequentiſſimum eſt in aegris in noſocomia delatis: vnde praecellentia euacuan-
p. 238. tium prae ſanguinis miſſione patet. Tandem de infarctu inflammatorio medullae ſpinalis in regione colli, quam ignotus quidam pro ſede rabiei a morſu canis venditauerat; hunc autem non niſi effectum vltimarum conuulſionum eſſe Cl. Auctor ex diſſectione cadauerum didicit.

V.

Iournal de médecine, chirurgie, pharmacie, etc. dédié a Monſieur FRERE DU ROI. Tome LXI. 1784. 662 pagg. Tome LXII. 672 pagg. 1784. in 8.

i. e.

Diarii ad medicinam, chirurgiam, pharmaciam facientis anni 1784. tomi duo.

Tomo LXI. notanda maxime haec inſunt:

CHEVILLARD de pulmonari phthiſi humani lactis vſu ſanata obſeruatio. Phthiſis a decubitu aërium humo-

humorum in pulmones ortum duxerat. Morbo iam ad extremum vitae periculum ducto humanum hae, adhibitis medicinis compluribus aliis, praeſentaneum leuamen attulit.

SEGRETAIN *in retentionis vrinae a nobiliſſ. viris,* WANTERS *et* DESGRANGES *obſeruatae hiſtorias meditationes vberiores.* Dubitatur, num ab vteri inuerſione vrinae retentio ortum ducere queat. Plura alia in prolixa admodum tractatione adducuntur, quae morbis his magnam lucem haud afferunt.

Obſeruationes variae, auctore FORT. Notabiles ſatis ſunt, et ſubrarae. Teſticulorum a lapſu ſuciorum hiſtoria. Seruatus alter teſticulus eſt, quamuis admodum contuſus, altero decedente. Caetera omnia optime ſucceſſerunt. p. 155.

Pueri cui catulus teſticulum et mentulae partem deuorauerat, hiſtoria. Parentes tenerum puellum cum catulo in conclaue incluſerunt. Catulus fame forte allectus, lacerato ſcroto dentibus ſuis teſticulum ſiniſtrum deuorauit, dextrum ſpermaticum funiculum lacerauit mentulamque ad glandem vſque morſibus variis laeſit. Seruatus ſedula arte ſuperſtes teſticulus eſt, licet admodum laeſus, et ſanatio admodum proſpere ſucceſſit. Hiſtoriae exempla plura adnexa ſunt puerorum a beſtiarum cum ipſis incluſarum morſibus aut laeſorum admodum, aut necatorum.

Opthalmiae ficticae, in qua viſus defecit, ſanatae hiſtoria, auctore LEAUTAUD.

ENGUIN *de equorum gemellorum partu, quorum mater grauiditatem fuerat perpeſſa ſuetum terminum duorum menſium ſpatio ſuperantem.*

BRILLHOUET *meditationes in* SUTTONI *annotata in hiſtoriam ab ipſo deſcriptam varioloſi morbi et medi-*

medicinarum in illo adhibitarum. Rixae ſunt adipſum rem illuſtrandam parum facientes.

p. 225. *Obſeruationes de peſte*, auctore LE ROUX DES TILLETS. Epitomen libri conſtituunt a Cl. viro SAMOILOWIZ de hoc diro morbo conſcripti. Additae ſunt obſeruationes Cl^um^ virorum DE MERTENS et PARIS.

Apoplexiae febri intermittenti ſuperuenientis hiſtoria, auctore LAIOIE. Nouus morbus aegrum tempore ab inſultu febrili vacuo inuaſit. Sanatus eſt medicinis emeticis, purgantibus et veſicantibus collo impoſitis.

CHIFOLIAU *hiſtoria efficaciae electricitatis in paralyſi adhibitae.* In vetula muliere poſt ſuppreſſis inconſulto vnguenti repellentis ope haemorrhoides, hemiplegia oborta eſt. Eam perfecte depulit diu continuatus electricitatis vſus.

p. 258. BEAUHIER *literae ad editorem datae, hiſtoriam morbi atrocis, quem ipſe ſuſtinuit, exhibentes.* Digitum leuiter acu vulnerauit, quum cadauer incideret. Vulnus vix conſpicuum in initio, nec dolorem vllum excitans dolores nocturnos intenſiſſimos, inflammationem gangraenoſam, digitos omnes, palmam, brachium vſque ad humerum occupantem excitauit, cum ſummo periculo. Reſoluta tamen inflammatio et mortuae partes ſeparatae die vigeſimo quinto morbi ſunt. Difficilior manus tam dire affectae mobilitas reſtitit. Clarum eſt morbum panaritii naturam, vt quidam putauerant, non habuiſſe.

PASCAL *obſeruationes de moxae Sinenſium aut cylindri goſſypini ſecundum mentem* Cl^mi^ POUTEAU *adhibiti vſu.* Vlcus rebelle hac moxa artificiali emſtum, cruſta decidua, ſtatim coaluit. Viro, a capitis vulneribus variis amentia et ſtupore affecto irritis aliis medicamentis, eadem artificialis moxa fu-

turae

turae ſagittali impoſita, et caput mediante ea exuſtum eſt. Vſtionem conuulſiones excepere, at his diſcuſſis ſtatim aegro mens rediit.

LORRY, chirurgi, *de vtero ſciſſo obſeruatio.* p. 274. Sciſſura tam ampla erat, et partus doloribus vtero admodum obliquo et a medico circumforaneo male tractato inducta, vt foetus per eam in abdominis cauum elaberetur. Inciſo cadauere foetus putridus in abdomine ſeſe obtulit, vterus vacuus in ſiniſtra parte ampliſſimam ſciſſuram paſſus.

EPISAUD *obſeruationes de cataractarum membranacearum extractione.* Adiunctus fuit in aliquot cataractae caſibus lenti cryſtallinae turbidae membranae lentis talis ſtatus, vt luminis radios non transmitteret. Hinc et haec membrana cum exoptato ſucceſſu extracta eſt.

DELAPLANCHE, artis pharmaceuticae magiſtri, p. 280. *de aethere minerali tractatio*, in conſeſſu collegii pharmaceutici recitata. Experimenta fuſe exponuntur, quibus tandem eo deuenit, vt modo a BAUME' propoſito aetherem ſalis communis obtineret.

DEMATHIIS *de medicamento quodam ad hydrophobiam ſanandam.* p. 365. Quum admodum exaltetur vitale principium in hydrophobiae morbo, Cl. vir ALPHONSUS LE ROI putauit, fore, vt hydrophobia non aliter ſanetur, quam imminuto, et ſuſpenſo fere vitali principio. Quem in finem DEMATHIIS V. Cl. canem rabidum et vere hydrophobum viperae morſu ab aquae metu perfecte liberauit: ob communicatum autem ipſi viperae venenum, aqua copioſe hauſta mortuus eſt. Cum viperini morſus alcalino ſale volatili ſanari poſſit, putat Noſter, hydrophobia affectos ex tali morſu curationem atroeis morbi certo exſpectare poſſe.

SUMEI-

SUMEIRE *de emeticorum in his caſibus vſu, vbi nulla eorum indicatio eſt.* Vomitum cum maximo ſucceſſu concitauit in colica diuturna, ſiti nulla arte reſtinguenda, vertigine caduca.

ARCHIER *de puerperarum febre obſeruationes.* Ipecacuanham ſueto recentiorum more dedit.

EIUSDEM *de phthiſi pulmonali ſanata obſeruatio.* Cochlearum terreſtrium decoctione aeger phthiſi pulmonali ex decubitu humorum ſeroſorum laborans ſanatus eſt.

p. 380. EIUSDEM *hiſtoria febris tertianae continuae bilioſae cum pleuroperipneumonia coniunctae.*

p. 450. *Literae de herpetis natura, effectibus, curatione* RUSSELII *ad* DUMANGIN *datae.* Taxauerat DUMANGIN RUSSELII de herpete tractationem. Hae literae eorum confutationem continent, quae DUMANGIN taxauerat.

HOUDRY *de oedematoſa angina aegrum paene ſuffocante.* Tumor aquoſus enormis internas ora externasque colli partes occupauerat. Antiphlogiſtica methodus quum parum aut nihil proficeret, increſcente tumore et ſuffocationis metu, inciſus cum ſummo ſucceſſu variis in locis externus colli tumor ſtatimque ſpiratio liberior et deglutitio, penitus intercepta antea, facilior facta eſt.

DEMERRET *lactis in corpore oberrantis hiſtoria.* Abſceſſus puerperae in crure ſiniſtro natus inciſusque puris lactei inſignem quantitatem reddidit. Poſtea ſiniſtra mamma ſuppurata puris admodum ſotentis libras duas demiſit. Deinde in ore ſiniſtro natus tumor pus lacteum, grumoſum continens. Panaritio tandem in manus dextrae digito oborto ſanatoque aegra a morbo ſuo penitus liberata eſt.

p. 491. *Hiſtoria morborum a tinea capitis retropulſa natorum, cum extiſpiciis, auctore* LE COMTE DE PRAVAL. Febris, verminoſam referens tineam excepit

pit cum tympanitide. In pectore nullus dolor. Tamen inciſo cadauere pus in pectore effuſum, inteſtina flatu admodum diſtenta ſeſe obtulerunt. Concluſio ex his Noſtro eſt nullum etiam a paracenteſi abdominis leuamen exſpectandum fuiſſe.

LAMBOIRE *et* MOREAU *obſeruationes in cadauere inciſo factae.* Morbo a ſcrophulis inducto, lethali, puella XI. annos nata laborauerat. Inciſum cadauer pulmones admodum infarctos, praegrandes, tuberculis obſeſſos, hepar hydatidibus obſeſſum, in inferiori parte induratum, bilem admodum alteratam continens, meſenterium glandulis duris et ſcirrhoſis obſeſſum, pylorum admodum contractum et inteſtina flatibus diſtenta exhibuit.

GENY *de oſſium cranii fractura, cum dura et pia matre laceratis, cerebri ſuppuratione, obſeruatio.* Aeger XI annos natus conualuit. p. 498.

Hiſtoria abſceſſus in rene ſiniſtro, auctore CASTAGNE. Ictero, pedum oedemate, diarrhoea pertinaci aeger laborauit. Tandem tumor in lumbari regione ſiniſtra obortus pus laudabile quidem reddidit, aeger autem ob virium imbecillitatem inde ortam mortuus eſt. Inciſo cadauere, ren ſiniſter maſſam calculorum inſignem continuit.

DU LOU *hiſtoria tumoris carnei cultro reciſi.*

DE LA ROCHE *ad editorem* literae, quibus cenſuram libri ſui de puerperarum febre diario inſertam illuſtrat. Literae additae ſunt TISSOTI, quibus mentem ſuam de febris puerperarum natura exponit. Eam pro putrida febre habet, et, cautus licet in laudandis medicamentis admodum, ipecacuanham tamen, XXV annorum vſu comprobatam, in hac febre maxime laudat. p. 559.

TARANGET *atrophiae vniuerſalis hiſtoria.* Cadauer inciſum pulmones inflammatos, cor a tabe tantopere conſumtum, vt vix cognoſci poſſet, pylorum p. 582.

lorum cartilagineum, admodum anguſtum, ventriculum contractum, humorem nigrum continentem, internam inteſtinalis tubi tunicam craſſam praeter naturam, carneam, inteſtina admodum anguſtantem, omentum, paucreas penitus fere conſumta, vterum carneam informem maſſam referentem, omnia denique caetera viſcera tabe atrociſſima conſumta exhibuit.

MOREAU *hiſtoria morborum in vrbe Vitry le François obſeruatorum, nec non leucophlegmatiae vniverſalis naturae conaminibus propugnatae.* Aeſtus inſolitus anni MDCCLXXXIII. febres tertianas et remittentes bilioſas tam frequentes induxit, vt paene omnes iis corriperentur. Hos morbos in plerisque hydropes varii excepere, pectoris inprimis, compluribus lethales.

Continuatio obſeruationum de vſu moxae Sinenſium, aut cylindri goſſypini, ad mentem Cl^mi POUTEAU, *auctore* PASCAL. Carioſum poſt retropulſam ſcabiem tibiae vlcus, moxa hac vſtum et ſanatum eſt. Eidem medicamento iſchiadicus dolor inueteratus ceſſit.

Partus laborioſi hiſtoria, quem fluxio in pectore excepit, auctore MOREAU.

De fulminis effectibus, auctore HAZARD, medico veterinario Pariſino. Mulieri ex leuiſſimo fulmine tonitruque colicae ſuperueniunt.

EIUSDEM *de equi mentula cancroſis vlceribus obſeſſa reciſaque obſeruatio.*

Numerus eorum, qui ab anno MDCCLXIV. *vſque ad annum* MDCCLXXXII, XIX. *itaque annorum ſpatio, Caleti mortui ſunt.* Incolarum numerus ſex millia vix excedit. Ex his annorum dicto ſpatio mortui ſunt 3022.

Tomo LXII. haec inſunt:

MOREAU *epilepſiae perſanatae hiſtoria*, nihil inſoliti continens.

HATTÉ *de balneorum tepidorum in febribus malignis vtilitate obſeruationes.* Delirium phreniticum aegrum inuaſit, data antea vomitoria medicina et diluente copioſo potu. Tepidum balneum delirium, incantamenti inſtar, ſopiuit, iteratusque balnei vſus tendinum ſubſultus ſedauit. Poſtea veſicantibus et commodis medicinis aliis priſtina aegro ſanitas reſtituta eſt. Tandem de venaeſectionis, Gallis vſitatiſſimae in quacunque febre, noxis in febribus ad bilioſarum genus pertinentibus agitur.

TOUQUET *aſthmatis hiſtoria.* Methodo ſimpliciſſima, inprimis ſedula perſpirationis conſeruatione, mulier hoc morbo laborans ſanata eſt.

BOUFFEY *obſeruatio de periculo, quod bufones, cancro exulcerato, topicae inſtar medicinae impoſiti, adferunt.* Vetula virgo impoſitis quinquies bufonibus viuis exulcerato in mamma cancro mortua eſt, dolores ab ambiguo hoc auxilio atrociſſimos experta. Putat Noſter, venenum bufonibus ineſſe, indeque non impune talia animalia his vlceribus impoſita mori et in putredinem liquari; reſorptis enim putridis his humoribus putredinem et gangraenam internam humoribus inferri. Nec vnquam boni quid hoc auxilium cancro attuliſſe.

SUTTONI *in meditationes* Cl^mi BRILLOUET *reſponſio* abſoluitur. p. 143.

Anonymi de puerperio infelici ad editorem literae, cum notis et epicriſi Cl^mi viri ALPHONSI LEROY. Quinque hiſtoriae narrantur parturientium, aut in partus doloribus, aut inſtituta caeſarea ſectione mortuarum, quum foetus brachium offerret. Quibus motus obſeruationibus hunc ſitum foetus No-

ſter admodum periculoſum et lethiferum puerperae eſſe putat, quoniam ſaepe non liceat obſtetricanti omni data opera manu ſua ad pedes foetus peruenire, eosque, vt obſtetricantes praecipiunt, extrahere: at ALPHONSUS LEROY, vir in obſtetricia ſcientia peritiſſimus nec vlli facile ſecundus, errores auctoris noſtri confutat, neque, omnibus ritu adhibitis auxiliis, talem partum adeo difficilem habet. Quod et hiſtoria ab ipſo adiecta praeclare docet.

p. 244. SUMEIRE *obſeruationes et meditationes de tuſſi ſicca et rebelli frigidi aëris et frigidi potus vſu ſanata.* Si ex dilatatis nimis oſculis vaſorum acris materies pulmones irritans deſtillat, optimum in frigidis medicinis praeſidium eſſe adſeritur.

FERRIERE *oedematoſae anginae hiſtoriae duae.* Aegrotus alter, quum ori inſpiciendo Noſter operam daret, ſuffocatus eſt, alteri bronchotomia inflicta vitam, ſpiritu per vulnus arte inflictum facili ducto, ſeruauit. Adſeritur, aſperae arteriae inciſionem in his caſibus tutiſſimam eſſe.

Febris quartanae ſaliuationis ope ſanatae hiſtoria auctore SOUVILLE. Aegra iam ante febris inſultum pituitam copioſe per os reddiderat. Reſtituta mercurii ope ſaliuatione febris ſiluit, ſanitas priſtina aegrae reſtituta eſt.

p. 256. DOURLEN *hiſtoria partus difficilis ob capitis paragomphoſin, mediante tamen vectę Roonhuyſiana feliciter peracto.* Epicriſi addita monet experientiſſimus vir ALPHONSUS LEROY, vt medici in deſperandis partus difficilis hiſtoriis ſtatum rerum nimis debiteque, nec generaliter nimis, exhibeant.

TERRAS *de lintei carpti proprietatibus et vſu in vulneribus et vlceribus ſanandis tractatio.* Initia tractationis ſunt admodum copioſae, nec ad finem commode perducendae. Ipſe Noſter, qui vulnerum tractationem docte

dorum et ſanandorum occaſionem copioſiſſimam habuit, vnguentis et emplaſtris rariſſimè vſus eſt, tam feliciter ſuccedente curatione, vt ſola quiete, regimine debito et lintei carpti vſu, vulnere ſimplici quodam emplaſtro tecto, vlcera maxime rebellia et inſanabilia paene feliciter ad cicatricem perducerentur. Quum autem localis huius medicinae vſus tam late pateat, Noſter, proprietatibus pertractatis, modoque linteum carptum applicandi, ipſa vulnera vlceraque, ad quae haec medicina inprimis valet, pertractat. Vulnerum autem vlcerumque omnium ſanatio quum naturae opera perficiatur, nec in chirurgo praeter obſtaculorum remotionem quid ſitum ſit, ad haec obſtacula carptum linteum inprimis valet, vulnera quippe contra aëris externi acceſſum muniens, blande et molliter fouens, acredinem abſorbens. Methodus tandem linteum carptum debite applicandi exponitur.

IOURDAIN *de maxillis artificialibus.* Icone a nobiliſſimo et in dentium morbis peritiſſimo viro propoſita illuſtrantur.

Sequuntur quaedam, at non magni admodum momenti, de magnetiſmo animali. p. 291.

GAULMIN DESGRANGES *hiſtoria epidemici morbi, qui in parochia Tronget exeunte Martio* MDCCLXXXIV. *graſſatus eſt.* Morbi epidemici in hac Galliae particula frequentiſſime et diriſſime ſaeviunt. Epidemico morbo, quem Noſter deſcribit, a Martio menſe exeunte vſque ad diem 23. menſis Aprilis XLIII. homines affecti ſunt, ex iisque vix quatuor aut quinque ſuperſtites euaſere. Peripneumonia bilioſo putrida et catarrhalis maligna febris morbum conſtituit. Morbum venaeſectiones lethiferum reddiderunt. In euacuantibus, vomitum inprimis concitantibus, plurimum praeſidii erat p. 351.

positum. Caeteris indicationibus corticis Peruviani et vesicatoriorum vsus satisfecit.

Capitis doloris inueterati singulari accidente [illegible] historia. Saltu sanatus morbus est, concussio capitis vehementer, et exanthematibus cutaneis in lumbar regione obortis, suppurantibus, quibus omnis dolor ablatus est.

SERRIES *vsus methodi medendi lenientis et roborantis frigerantis in vteri conuulsiua contractione exemplis confirmatus.*

Historia nephriticorum dolorum retentioni urinae adiunctorum ab antiquis excrescentiis carneis urethralem obstruentibus inductorum, auctore LEAUTAUD.

P. 371. NIEL *vulneris in pectoris cauum penetrantis historia.* Sanguinis parca admodum quantitas aegro detracta est, qui tamen, adhibitis internis medicinis pectoralibus, aluoque purgata, conualuit.

POTHONIER *historia vlceris alcali volatilis externo vsu consolidati.* Vlceri locus is erat, vbi Achillis tendo tarso immittitur. Sanatum est alcali volatili aqua copiosa diluto.

Tractatio de globularia, *auctore* RAMEL. Globularia alpium LINN. vim purgantem, et ob insignem amaritiem simul tonicam habet. Folioru cum aqua decoctio purgat aluum et tonum instaurat: hinc omnes virtutes corticis Peruviani rhabarbaro admixti habet. Hortatur Noster, priis, vt videtur, destitutus obseruationibus, medicos, vt in febribus intermittentibus hac vegetabili medicina vtantur.

Continuatio tractationis Cl^mi TERRAS *de linteo carpti ad vulnera et vlcera sananda vsu.* Enarrantur modi, quibus natura ad vulnera consolidanda vtitur. Linteum carptum ad vulnera qualiacunque laudatur et enixe commendatur.

SEGRETAIN *literae ad* DESGRANGES de vrinae in grauidis retentione veram cauſſam in hac vteri obliquitate habente, vt fundus vteri tertio quartoue grauiditatis menſe aut anteriores, aut poſteriores partes praeter naturam petat. p. 403.

Relatio eorum, quibus ex facultate Medicorum Pariſinorum et ex regia ſcientiarum ſocietate Rex magnetiſmi animalis examen accuratius demandauerat. Praeclara ex omni parte experimenta ſunt, quibus ſummi hi viri ad magnetiſmi animalis futilitatem probandam vſi ſunt: quum vero ipſe magnetiſmus in Gallia ipſa iam exploſus paene ſit ac ab omnibus repudiatus, non eſt, quod enumerandis experimentis his inſidemus. p. 449.

Experimentorum copioſa ratio regis iuſſu ab his ad magnetiſmi animalis naturam et efficaciam eruendam inſtitutorum, quibus ex regia ſcientiarum academia rex hoc negotium demandauerat, nempe ab Illuſtribus viris FRANKLIN, LE ROY de BORY, LAVOISIER et BAILLY. Egregia pariter ſunt et acumen ingenii virorum et hanc ob cauſſam meritiſſimorum produnt, quod magneticum furorem iſtum de Gallorum pectore efficaciter depulerint. Conſtat enim, Meſmerum cum rebus ſuis ab eo inde tempore cecidiſſe, quo experimenta academiae regiae ſcientiarum, ſocietatis regiae medicinae et facultatis medicae Pariſinae publicata ſunt. p. 561.

Pueri, cuius cor pectus externum occupabat, hiſtoria, auctore TOURTELLE. Gemellus alter, poſtremo natus, maſſam in pectore externo carnoſam habuit, quam adſtantes mulierculae pro naeuo habuerunt: at obſtupuit plane Noſter, quum pulſare hunc tumorem, formarique a corde, pericardio ſuo orbato, conſpiceret. Cor enim per inferiorem pectoris regionem tranſierat, ſciſſuraque inter coſtas facta, ad vmbilicum paene vſque pertingebat. p. 579.

Caruit pectus ſterno, mediaſtino et verarum coſtarum portione ſternocoſtali, integra tantum exiſtente prima ſupernaque coſta. Infimi ventris muſculi nudati nec cute tecti erant, niſi in laterali abdominis parte. Muſculi adeo abdominales ipſi in ſuperna abdominis parte defecerunt. Caeterum labium leporinum os pueri dehoneſtabat, quod altero etiam oculo caruit. Motus cordis admodum conſpicuus fuit. Sub quacunque ventriculorum contractione apex, longitudine cordis diminuta, contractus eſt arteriaeque pulmonales et aorta dilatatae ſunt. Contractiones attactu crebriores longe euaſerunt. Puer elapſo XXII. poſt partum horum ſpatio mortuus eſt. Inciſo cadauere, praeter iam notata, ſana caeterum omnia, niſi quod palpebra inferior oculum, qui deeſſe videbatur, abſconderet.

p. 582. *Obſeruationes circa putridum quendam morbum, auctore* TARANGET. Aeger, die XXIV. morbi mortuus, putredinis in corpore animali viuo conſummatiſſimae ſymptomata exhibuit, nulla, nec efficaciſſima medicina interna (forte tamen balneis putredini aduerſis ex BILGUERI mente) coërcendae. Morbi phaenomena et medicamentorum effectus ſatis appoſite a Cl^mo auctore, obſeruatore ſedulo et ſagaci, explicantur.

Hydrophobiae alcali volatilis et vaporum aceti vini bullientis ope ſanatae hiſtoria, auctore HERVET. Elapſis octo a morſu canis rabidi admodum diebus hydrophobia aeger correptus eſt omnibus ſuis diriſſimis ſymptomatibus coniuncta. Medicinae, quarum in hiſtoriae titulo mentio facta eſt, copioſe adhibitae et adminiſtratae conuulſiones ſtatim ſedarunt, pulſum fortem reddiderunt, anxietatem profligarunt, verbo dirum morbum perfecte, in ſanitatem priſtinam reſtituto aegro, depulerunt.

De his, quae vini emetici vſum difficilem et non p. 609.
conuenientem ſatis reddunt obſeruationes, auctore CHEVILLARD. Virtus certe huic vino, ex antimonii hepate parato, non eadem ſemper eſt, quoniam albo vino, quod ſecundum codicem pharmaceuticum Pariſinum ad id parandum requiritur, par et aequale acidum non ineſt. Praeferendus itaque ex omni parte tartarus ſtibiatus codicis pharmaceutici Pariſini eſt.

Obſeruationes de arcani duplicati in morbis partum excipientibus abuſu, nec non de aquae frigidae clyſteris forma in affectibus flatulentis applicatae praeſtantia, auctore SOBAUX. Excepere arcani duplicati parcis admodum doſibus dati vſum ſpaſmi tonici in infernis, tonicique inſupernis articulis emulſionibus mitigandi. Alia aegra dolores abdominales et vrinae ſuppreſſionem poſt eandem medicinam ſumtam perpeſſa eſt, in aliis colicum dolorem, cum abdominis inflatione, excitauit. (Suſpectus certe is de duobus ſal eſt, quem Noſter adhibuit: ſed ob cuprum forte ſuſpectus: nos enim, qui eundem ſalem copioſe, et pulueris magis concentrata et ad nocendum apta forma dare conſueuimus, bonos complures, malos nullos, eo dato effectus obſeruauimus.)

Vrinae retentionis ſymptomatibus diriſſimis ſtipatae hiſtoria, auctore GENY. Frigido balneo et glacie perinaeo et abdomini impoſita morbus a violentia externa inductus ſanatus eſt.

Depreſſi occipitalis oſſis hiſtoria, anonymo auctore. Particulae fracti oſſis cum ſalute aegri reciſae ſunt.

VI.

Methodus formulas medicas conſcribendi. In vſum praelectionum academicarum edidit IO. FR. CHRIST. PICHLER. M. Dr. et collegii medicorum Argentorati ſocius. Argentorati, in bibliopolio Amandi König. 1785. in 8. cum permiſſu ſuperiorum.

Propoſitum fuit auctori noſtro, quum neque GAUBIUS, neque GRUNERUS, metam in libris ſuis de formulis conſcribendis attigerint, libro hoc in vſum academicum conſcripto partim nouas formularum medicinalium conſcribendarum regulas tradere, partim a GRUNERO V. Ill. dicta illuſtrare, reſcindere, partim additis medicamentorum formulis ſelectis lectoribus formularum ipſi in praxi familiarium ſpecimina exhibere.

Haec paene omnia in praefatiuncula magno quodam ſuetoque promiſſoribus hiatu proponuntur: librum vero ipſum inſpicientes, dictaque in eo conferentes cum iis, quae GRUNERUS in libro ſuo de formulis medicis propoſuit, mirati ſumus magnopere impudentiam hominis, non ſuffeciſſe ſibi a GRUNERO propoſita palam et effrena fronte dicentis, et tamen plurima, quae GRUNERUS tradiderat, in librum ſuum, mutato tantummodo aliquo modo paragraphorum et rerum pertractatarum ordine, transſcribentis.

Quae quidem omnia a GRUNERO, V. Ill. iam in praeclaro libro: *Almanach für Aerzte und Nichtärzte*, anno 1786. iam notata ſunt, exemplis tamen atrocis plagii non datis, dictisque in hoc libro motus PICHLERUS, in appendice ad GRUNERI librum mox citatum conſcripto, titulo: *Anhang zu*

Herrn

Hrn. Profeſſor Gruners Almanach für Aerzte und Nichtärzte auf das Iahr 1786. von Dr. Ioh. Friedr. Chriſt. Pichler — Argentorati 1786. edito, omnem lapidem mouit, vt plagii crimen a ſe auerteret, exemplis adeo datis, nonvero admodum copioſis, quibus oſtendere conatur, quantopere dicta ſua ab his, quae GRUNERUS de eadem re propoſuerat, diſcedant. Nos autem licet non negemus, in communi materie rerum ſcribendarum communem etiam auctorum diuerſorum ſententiam eſſe debere, librum tamen GRUNERI, cum eo quem PICHLERUS edidit, diligenter conferentes, paene omnia in eo dicta conſentientia perfecte quoad materiem et verborum adeo vſum geniumque dictionis, cum dictis a GRUNERO inuenimus, adeo, vt, quaecunque moliatur PICHLERUS ad plagii crimen a ſe amouendum, res ipſa ſcriptaeque literae perſpicue probent, PICHLERUM librum ſuum EX GRUNERIANO confeciſſe, et in mutandis quibusdam tam parum cautum fuiſſe, vt, qui libri eius origines veras non videat, in ipſo ſole coecutiat.

Si omnia turpis plagii exempla exhibere luberet, opus foret, vt PICHLERI librum penitus in commentarios noſtros transſcriberemus. Hinc quaedam tantum notanda duximus: vt aequi lectores cognoſcant, quam impudenter PICHLERUS egerit.

GRUNERUS.

§. 2. Dicitur ea conſignatio, qua pharmacopoeum volumus materiem, menſuram et formam cuiusque rei adſumendae ordinare, formula. — Ea vero medicinae pars, quae praecepta huius conſignationis tradit,

PICHLERUS.

§. 1. Formula vocatur medicis ea conſignatio, qua pharmacopoeo materiem, menſuram et formam cuiusque rei adſumendae atque exhibendae indicamus. Illa autem medicinae pars, quae praecepta huius conſigna-

GRUNERUS.

methodus formulas conſcribendi, *das Formulare.*

§. 3. Sunt vero quaecunque formulae aut *officinales*, aut *magiſtrales*, ſ. extemporaneae. Illae proſtant in pharmacopoliis ex auctoritate publica et norma qualiscunque diſpenſatorii — hae vero ex tempore et natura morbi nec non conditione aegri apparantur, caet.

§. 4. Ex his conficitur, formulas tales non, niſi eum ſcribere poſſe, qui therapiae generalis praeceptis ſatis imbutus ſit, beneque intelligat, vtrum ex indicatione aliquid aegro dandum ſit, nec ne, quale, quo tempore ac ordine, qua menſura — deinde qui cognitam perſpectamque habeat materiam medicam et pharmaciam, quoniam inde ſumi debent eae res, quibus tanquam inſtrumentis valetudo labeſcens firmatur et amiſſa redditur, neque vero vllo modo ordinate adhiberi pote-

PICHLERUS.

tionis tradit, methodus audit conſcribendi formulas, *das Formulare.*

§. 3. Sunt vero quaecunque formulae aut officinales, aut magiſtrales. Illae in officinis pharmaceuticis in vſum futurum paratae aſſeruantur; hae vero ex tempore, pro natura morbi, nec non pro aegri conditione parantur, hac ex ratione extemporaneae quoque appellantur.

§. 4. Quicunque formulas tales ſcribere vult

1) illum therapiae generalis praeceptis ſatis imbutum eſſe oportet, vt bene intelligat, an, quid, quo tempore ac ordine, qua menſura, caet. aegro aliquid propinandum atque exhibendum ſit.

2) materiam medicam perſpectam habeat, quoniam illa ingredientia formulis ſubminiſtrat. Tandem

3) pharmaciam et chemiam vt calleat neceſſe eſt, quae operandi modos atque effectus docent.

runt,

GRUNERUS.

runt, niſi medicamenta tam ſimplicia, quam compoſita, quoad indolem et apparatum, item regionum et locorum, vbi ars exercetur, rationem, et officinarum qualitatem curate norit. —

Caeterum in prooemio GRUNERI §. 5. cum PICHLERI §. 5. §. 6. cum PICHLERI §. 6. exacte conueniunt, contractis tantum quibusdam a GRUNERO dictis paululum et exemplis quibusdam additis, §. 7. cum §. PICHLERI 7. §. 8. cum PICHLERI §. 8. §. 10 et 11. cum PICHLERI §. 10. verbo omnia cum dictis a GRUNERO, quoad ipſa verba, vtplurimum perfecte conueniunt. Adiecit tantum PICHLERUS ſigna medicamentorum in officinis pharmaceuticis recepta a GRUNERO conſulto omiſſa.

Sed haec forte excuſari poſſent, quum generaliora artis cuiusque rudimenta eadem ſemper ſint, nec ii valde taxandi ſint, qui in exponendis iis virum ſequuntur, qui omnia breuiſſime et ſermone vere latino tradidit: ſed PICHLERUS noſter GRUNERUM non ſolum in introductione, ſed in vniuerſo libro tam preſſe ſequutus eſt, vt in qualicunque pagina, mutato tamen conſulto paragraphorum numero et ordine, plagia nequiſſima turpiſſimaque obuia ſint. En exempla quaedam!

GRUNERUS.

§ 24. Orſi a puluere ſimplici, videamus, quae obſeruandae in apparando regulae ſint. Haec eo redeunt:

PICHLERUS.

§. 21. Regulae in praeſcribendo puluere hae ſunt:

1) aptum

GRUNERUS.

1) aptum eſt, quidquid ſiccum natura ſua eſt, et in minutulas moleculas redigi poteſt. —

2) minus commoda ſunt, quae, vbi comminuuntur, rudem indigeſtamque molem dant, vel adfuſo quodam liquore — intumeſcunt, v. c. cortices et radices lignoſi. Tunc enim praeferamus infuſionem vel decoctiónem.

3) neque idonea ſunt duriora quaeque, gummata, reſinae, mucilagines, odoratu vel guſtatu grauia, acria, alcalina fixa et volatilia, ſiue ſola ſint, ſiue cum acri quodam mixta. In his enim coniunctio aut fieri nullo modo poteſt, aut certe nauſeoſa fit conglutinatio. Quae ſi forma alia dantur, magis placebunt.

6. Nefas eſt puluerem exigere, vbi deglutitio difficulter fit, v. c. in

PICHLERUS.

1) ſi ad vſum internum deſtinetur, ſemper ſubtiliſſimus eſt adhibendus. —

2) ad pulueris interni formam minus commodae ſunt ſubſtantiae, quae vel adfuſo quodam liquore multum intumeſcunt, vel non niſi magna doſi effectum praeſtant. Tunc enim infuſio vel decoctio praeferenda.

3) neque idonea ad hanc formam ſunt, quae vel ſub aſſumtione per ſalivam aut vehiculum diſſoluta facile lenteſcunt, v. c. gummata ſtricte ſic dicta, vel conglutinantur, e. g. gummata reſinoſa. Idem valet de iis, quae odoratu aut guſtatu grauia, acria, volatilia: nauſeabunda ſunt enim ſub hac forma, et partes conſtitutiuae volatiles in auras facile diſperguntur, his ex rationibus forma pilulari propinanda ſunt.

6. In morbis difficili deglutitione concomitatis, e. g. angina, hyſtericorum

GRUNERUS.

angina, hyſtericarum acceſſione, ſyncope caet. Tunc praeſtabilior forma liquida eſt.

7. Doſis pulueris ore adſumendi fere eſt ſcrupulus vnus, drachma ſemis vel vna, rarius augeſcit, niſi vbi ex indicatione fit, vel ſalibus conſtat, quae vehiculo largiori diſſoluuntur v. c. ſal Ebſomenſe — tandem nunquam doſis increſcit, vbi puluis ex corticibus vel radicibus componitur.

8. Per ſubſcriptionem finiri debet, in quot partes molem omnem velis diuidi — — Docemus etiam per ſubſcriptionem:

a) *modum praeparationis*, v. g. M. F. triturando puluis groſſior, vel ſi ſubtiliſſimus eſſe debet,

PICHLERUS.

rum acceſſione, ſyncope, catarrho ſuffocatiuo, caet. pulueris forma non idonea eſt, tunc praeſtabilior forma liquida.

7) Doſis pulueris interni eſt a ſcrupulo ad drachmam, rariſſime vltra adſcenditur. Satius eſt repetere identidem, quam quantitatem nimis augere.

8) Non raro pondere non determinato praeſcribitur doſis, *v.* c. ad cochleare — ſi vero exactiſſime ad pondus definita requiritur, pharmacopoei potius induſtriae diuiſio eſt committenda —

10. Iubemus per ſubſcriptionem

a) modum praeparationis, v. c. M. F. *pulu. ſubtiliſſimus* — groſſus. — Si vero in deſigna-

GRUNERUS.	PICHLERUS.
interdum additur M.F. alcohol.	ſignatione puluerulenta iam praeſcripſimus, tunc ponitur *M. exactiſſime.*
b) *Tempus*, quam diu triturationi partium in pulverem redigendarum continuanda ſit, v. c. *triturentur aequabiliter per quadrantem horae.*	b) Repetitionem aut partitionem maſſae, in tot partes, quot in animo eſt, vel quot quantitas generalis poſtulat, e. gr. M. *f. pulv. pro doſ. dentur tales no. VI. aut miſce exactiſſime, diuidantur in VI. partes aequales.*
c) inſtrumentum, quo haec fieri volumus, v. c. M. *ſoluantur mortario tecto, vitreo, lapideo.*	
d) *partitionem maſſae* in tot partes, quot nobis placuit, vel quot medicina ipſa deſiderat, v. c. *div. in VI. part. aeq.*	

Taedet plura plagii turpiſſimi exempla adducere; vt autem lectores ſciant, totum paene librum hoc modo conflatum eſſe, loca ſuccincte adducere placet, quibus PICHLERUS a GRUNERO *V. III.* dicta pro ſuis vendidit.

GRUNERUS.			PICHLERUS.
§. 2.	—	—	§. 1.
§. 3.	—	—	§. 3.
§. 4.	—	—	§. 4.
§. 5.	—	—	§. 5.
§. 6.	—	—	§. 6.

§. 1.

GRUNERUS.	PICHLERUS.
§. 8.	§. 8.
§. 10. 11.	§. 10.
§. 12.	§. 11.
§. 13 et 14.	§. 13.
§. 17 — 20.	§. 14.
§. 24.	§. 21.
§. 26. n. 2. 4.	§. 26. 2. 4.
§. 42.	§. 27.
§. 43. n. 1. 2. caet.	§. 28. 1. 2. caet.
§. 50.	§. 43.
§. 57.	§. 45.
§. 32. n. 1. caet.	§. 49.
§. 83.	§. 58.
§. 49. n. 1. 2.	§. 65. 1. 2.
§. 79. n. 1. 2.	§. 72. 1. 2.
§. 84.	§. 88.
§. 65. 3.	§. 93. 3.
§. 91. 1. 2.	§. 95. 1. 2.
§. 92.	§. 100.
§. 99.	§. 102.
§. 102. n. 3.	§. 103. 3.
§. 101. 1.	§. 104. 1. 2.

Loca tranſimus ſilentio plura alia, imo in tam anguſto pagellarum numero vix memoranda, quibus mutato rerum pertractatarum ordine, et mox amplicitis magis mox contractis GRUNERI, *V. Ill.* dictis, formularum conſcribendarum rationem perſequutus PICHLERUS eſt, adeo vt, ſi turpiter ſpoliata et nequiter aliis erepta excipias, liber parum admodum proprii habeat. Eamque ob cauſſam minuti eo magis ſumus viri impudentiam inuectiuas in GRUNERUM acerrimas, in libello ſupra citato *Anhang in Gruner's Almanach*, conſcribentis, quum tamen omnia, quae GRUNERUS in eum ſcripſerat,

rat, veriſſima, αὐτοψία probante ſint, nec in rebus ad doctrinam literasque pertinentibus crimen paene vllum plagio maius ſit.

VII.

OPPIANI Poëmata de Venatione et Piſcatione cum interpretatione latina et Scholiis. Acceſſit Eutechnii Paraphraſis Ixeuticon et Marcelli Sidetae Fragmentum de Piſcibus. Tomus I. Cynegetica ad quatuor Codicum MSS. fidem recenſuit et ſuis auxit animaduerſionibus IAC. NIC. BELLIN DE BALLU, Inhallive Monetarum curia Senator. Argentorati Sumtibus Bibliopolii Academici 1786. (forma octaua.)

Ante hos ipſos decem annos in eadem vrbe prodierat noua *Oppiani* editio a viro docto Germano procurata, quam auctor nouiſſimae ita fere inſequitur, vel potius inſectatur, vt ſi quis lector annotationes nouiſſimi Editoris ipſumque poëtam recte intelligere vbique velit, vtraque ſimul editione opus habeat. Non inficiamur quidem, multas Gallum ex collatione Codicis Vaticani, Veneti et Regii Pariſini vtriusque attuliſſe egregias lectiones, quibus multa Oppiani loca paſſim deprauata in integrum ſenſum reſtitui poſſunt; verum aut nullae aut paucae admodum ſunt lectiones, quae diſciplinam ipſam hiſtoriamque naturalem adiuuent, illuſtrentque. Verſus autem iſte, qui nunc primum ex Codicis ſcripto prodiit, lacunam quidem praeclare ſupplevit in ſerie orationis, ſed ad hiſtoriam naturalem non pertinet. Maius igitur exſpectari debebat auxilium ab eruditione Editoris, qui hos libros inter-

pre-

pretandos ſuſcepit. Verum is, quod ex animadverſionibus eius exiſtimare potuimus, in hiſtoria naturali plane hospes, per aliquod tantum temporis ſpatium in egregiis illuſtris BUFFONI libris habitaſſe videtur, vnde, quicquid ad rem ſuam facere putabat, fideliter excerpſit. Nec illi in mentem veniſſe videtur, multo maiore ac diuturna exercitatione cum in diſciplina critica, tum in hiſtoria naturali opus eſſe ei, qui veterum auctorum fabuloſa ſaepe et obſcura de rebus naturalibus ſcripta interpretari aggreditur. Verſionem latinam *Turnebi* ſub textu appoſitam emendaſſe quidem ſe iactat Gallus; verum in plurimis locis ſequi eam competimus veterem lectionem, cum longe alia in textu poſita conſpiciatur. Nec poteſt multum auxilii exſpectari ab ea verſione, quae ſit ab homine docto quidem illo, ſed harum rerum plane ignaro, profecta. Optamus igitur, licet ſperare id vix audeamus, vt meliorem viam ingreſſus ſit Gallus noſter in verſione gallica, quam ſaepius in notis laudauit, nos vero nondum vidimus. Deſiderium tamen eius legendae mouit nobis, quod in Notis p. 336 refertur ex animalium hiſtoria Arabis *Eldemir* multa loca ab alio viro docto *Sylueſtre de Lacy* excerpta verſioni gallicae adiecta legi. Nos interim de virtutibus et vitiis huius nouae editionis ad lectores noſtros referemus, ſed ea tantum excerpemus, quae diſciplinam noſtram attingunt.

Libri primi verſu 295 equos Libycos ita deſcribit ex lectione Codicis Regii recepta a Gallo: *μείζονες ἀσιδέειν — ἀλλὰ δέμας δολιχοί· πλευρῇσι γὰρ ἀμφὶς ἔχουσι τῶν ἄλλων πλεῦνες σπαθίην, κτένα τ' ἔχειν εἰσὶ πάσσονες εἰσιδέειν, καὶ κρείσσονες εὐθὺς ἰέναι*: quae verſio TURNEBIANA a Gallo immutata ſic interpretatur: *maiores adſpectu — corpore longi; costarum enim ſuperant alios ſpatula, coſtarum pecti-*

ne, quocirca ſunt ampliores ſpecie, et meliores contra irruere. Quis vero hanc barbariem capiat! In notula textui ſubiecta amandat nos Gallus ad animadverſiones ſuas; ibi vero iocoſus homo vulgatam lectionem: τῶν ἄλλων πλευρὰ, σπαθήν κτενὸς δ' ἔνεκεν εἰσὶ et cet. explicat, et in extremo addit: *Sed hunc verſum e codice aliter dedimus.* Sed videamus, qua ratione homo perſpicaciſſimus vulgatam lectionem explicet. Rem, inquit, ſimpliciter explicabo, πλευρῇσι ἀμφὶς ἔχυσι τῶν ἄλλων eſt, *illi equi* omnes alios lateribus vincunt. Nam ἀμφέχειν et ἀμφιγενέσθαι cum genitiuo ſignificat, vt omnes ſciunt, *vincere, ſuperare.* Quomodo autem lateribus vincunt? *quia maiores viſu ſunt latere,* (κατὰ πλευρὰ) *coſtae latitudine et ordine et diſtantia coſtarum.* σπαθίη et σπαθὴ eſt os coſtarum, coſta ipſa, ad cuius ſimilitudinem effecta eſt medicorum vel pharmacopolarum ſpathula, qua pharmaca miſcent. κτεὶς pectinem ſignificat et ordinem coſtarum. Hactenus Gallus. Sed in his deſcribendis riſum vix tenebamus. Quae enim eſſe poteſt ſpatulae medicorum cum coſta equi ſimilitudo? Quis deinde illi dixit, ἀμφέχειν ſignificare *vincere?* Etſi vero putat vir doctiſſimus, omnes hoc ſcire, nos quidem ignorantiam noſtram plane profitemur. Quidni exemplum aliquod apponebat ex copia ſua? Sed abeat, aliisque illudat. Nobis ridere licebit barbarum πλεῦνες et particulam moneta ſenatoris monetarii percuſſam ἕνεκεν, qua locupletauit litteras graecas.

Equos OPPIANO ὤρυγγας dictos verſu 317. de Zebra interpretandos cenſet, nec animaduertit duo eorum genera OPPIANO poni; quorum alterius taenias comparat cum tigrium maculis oblongis, alterius maculis pardalis rotundis. Denique quod rem conficit, vtrumque genus artificio [illegible]

mano pictum affirmat poeta; igitur de Zebra non cogitabat.

Canes Agaſſaeos e Britannia verſu 468 deſcriptos interpretatur gallice *Baſſets à iambe torſe.* Addimus Celeb. PENNANT in Zoologia Britannica Quadrup. p. 22 aſſeuerare, de cane paruo ſagaci Anglis BEAGLE dicto hunc locum intelligi debere. Nobis non licet affirmare aliquid; dubia enim eſt ſignificatio verbi γυφὸς, quo OPPIANUS verſu 474 vtitur, quodque in verſione *curuum* eſt. Sed vox λαιόστρεχον aperte pugnat contra Galli opinionem.

Libro II. in recenſione variorum generum boum miramur ad verſum 84 de boue Aegyptio non afferri locum *Achillis Tatii* Lib. II. c. 16. verum tanto copioſior eſt Gallus in bobus Aoniis verſus 96 illuſtrandis. Verum aliis iudicandum relinquimus, quid viro docto in tota illa annotatione conſilii fuerit, et quid coniectando effecerit. Nos enim diuinare opinionem eius in tam confuſa et inepta oratione non poſſumus. Quod vero in extremo adiecit locum longum ex *Tzetzae* Chiliad. V. v. 398 ſumtum de venatione ferae fabuloſae, Monocerotis, quod ſuſpicabatur eum ex quinto OPPIANI libro deperdito deriuatum eſſe, in eo fallitur. Eandem enim narrationem plures olim ſcriptores frequentarunt, ex quibus eam repetierunt *Euſtathius* Antiochenus, in Hexaëm. p. 40 et *Petrus* Damianus L. II. Epiſt. 18. Facile tamen hodie his lautitiis caremus.

Boues Syriacos verſ. 100 et ſeqq. eosdem ac Caeſaris Vros et noſtros *Bufflos* cenſendos putat, donec firmiſſimis argumentis diuerſa opinio probetur. Haec poſuimus ipſa Galli verba. Sed tam facile negotium hoc tranſigi non poteſt, quam putabat. Aperte etiam eius opinioni refragatur color ab Oppiano proditus verſu 103 (αἰθωνες) fulvus;

vus; deinde, quod cornu valentes (κερατιάς) dicuntur. Quod si vero Gallus popularis sui, illustris BUFFONI opinionem, Buffalum nostrum Graecis ignotum fuisse asserentis, impugnare voluit, vti debebat loco planissimo *Aristotelis* H. A. II c. 1. quem tamen ipse iam illustris BUFFON alio postea loco laudauit, sententiamque suam retractauit. Hinc efficitur, vt credamus, non adeo diu in praeclaro popularis sui opere, nedum in ipsa rerum natura contemplanda, Gallicum *Oppiani* Interpretem habitasse.

Disputatio satis longa de Bisonte *Oppiani* vers. 160 seqq. satis monstrat, harum virium non esse de re tam difficili et summorum virorum dubitationibus iactata certi aliquid statuere. Forma cornuum plerosque interpretes impedit; hanc vero ita expedit Gallus, vt φοίνια κέντρα ὕπτια πρὸς αἰθέρα interpretetur cornua *in frontem supina* et mucrones curuos (hami instar) et in coelum erectos. In enim, addit, quicquid de misso capite animal ferierit, mucrones cornuum, vt hami, attollent, quod tradit *Oppianus*. Verum huic opinioni refragatur plane vsus loquendi, qui vult, vt cornua in frontem deflexa πρηνῆ, in dorsum vero reflexa ὕπτια dicantur. Eiusdem pretii est annotatio, qua πυριγλώχινες ἀκωκαὶ versu 166 de cornibus bisontis ita explicat, vt mucrones istos cornuum reflexos igneis linguis similes dicat. En cor Zenonis! Hoc est sapere. In narratione de genere ceruino ostendit primum ad στιδανὴν δειρὴν i. e. *tenuem ceruicem* versu 180. Igitur in animaduersione ad h. l. posuit: quo sensu sit nihili ceruorum collum, quod satis amplum et longum nouimus, non video: Igitur emendat μηκεδανῆ i. e. *procerum collum*. Specie quidem veri non caret haec correctio; sed in *Oppiano* verborum proprietas non adeo quaerenda est, vt

persua-

perſuaſit ſibi Gallus. qui eum inter elegantiſſimos poetas collocat et fere Homero comparat. In quo quidem eum ſenſu et iudicio ſuo frui facile patimur. Praeterea recte animaduertit, nares quadruplices verſu 181 ex errore vulgari poſuiſſe *Oppianum*. Verum fortaſſe ſub errore hoc veri aliquid latet. Porro animaduerſione dignum etiam erat, quod *Oppiano* cerui vbique στικτοὶ, στικτόποδες, et αἰολόνωτοι i. e. *varii*, *pedibus* et *dorſo picti*, dicuntur; quae quidem nota in aetatem tantum iuuenilium ceruorum, *faons* Gallis dictorum, cadere videtur. Num igitur putabimus, ceruos *Oppiano* viſos ſemper fuiſſe variegatos; an aliam ſpeciem cerui ab eo intelligi ſuſpicabimur?

Ἰσχνον verſus 296 putat eſſe Axin *Plinio* dictam feram VIII. c. 21. in quo conſentientem ſibi poſtea reperit poſtremum *Oppiani* Editorem; ſed de bubalo verſ. 300 contra communem virorum doctorum opinionem inſurgit, putatque, cornuum formam bubalo ab *Ariſtotele* et *Oppiano* bubalo tributam plane ei refragari. Verum hic non ſatis poſſumus mirari leuitatem et temeritatem hominis, qui tantorum virorum opinionem impugnare auſus ſit, cum nec rerum naturae ſtudio nec ſeuera litterarum graecarum diſciplina ſatis excultus eſſet. Locus enim, quem adhibet, *Ariſtotelis* de Partibus Animal. III. c. 2 tantum abeſt, vt vulgari de bubalo opinioni obſtet, vt potius eam confirmet. *Quibus vero*, inquit, cornua *prae nimio exceſſu ſuperuacua ſunt, iis alterum auxilium natura adhibuit, vt ceruis velocitatem; grandis enim illa et multifida cornuum magnitudo potius obeſt, quam prodeſt. Bubalis etiam capreisque interdum cornua inutilia ſunt: nam etſi contra nonnulla reſiſtunt et cornibus ſe defendunt, tamen feroces pugnacesque belluas fugiunt.* Vides ergo verba de ceruorum cornubus poſita minime ad bu-

balos et capreas pertinere; et poterat eodem plane iure Gallus etiam capreis cornua multifida affingere ex hoc loco, quae ſimplicia omnes nouimus. In generibus caprarum ouiumque ſilueſtrium conſtituendis et explicandis nihil plane noui attulit Gallus ad verſum 326 et ſequentes, praeter nominum recentiorum varietatem temere poſitam. Ita ex argumento villi caprini putat verſu 377 cues rutilas (in verſione male eſt *rufas* pro ξανθαὶ) eſſe Muſmonas inſulae hodie Sardiniae et Corſicae indigenas. Nos vero ſingula ab *Oppiano* poſita ſigna diligentius diſtincta perſequemur. Αἰγάγρες igitur verſus 338 rupicapras noſtras intelligi putamus, argumento ſinuum cutaneorum, ſed coecorum, quos rupicaprae pone cornua vtrinque ſingulos habent ſolae cornigerorum animalium; de quibus praeter IO. IAC. HADERUM in Apiario p. 55 vide etiam Cel. PALLAS Spicil. zoolog. 1. no. 7. et Spicileg. XI. p. 42, quem plane nobiſcum conſentientem habemus. Deinde mentione ouium caprarumque ſilveſtrium contineri etiam Strepſicerotem dictum Graecis plane arguit verſus 329 στρεπτοῖσι κεφαλῇσι κορυσσόμενοι κεράεσσι: quem CONR. GESNERUS olim non ſatis recte de cornibus in dorſum reflexis interpretatus eſt; ea enim cornua Graeci ὕπτια ſeu ſupina dicunt. De Subo verſus 382 ſeqq. nihil coniectando aſſequi licet in tanta OPPIANI breuitate. Monebimus tamen, etiam hic Subo colorem *rufum* in verſione tribui, qui *rutilus* (ξανθὸς) eſt, et ſplendidus. Pili praeterea breues, frons lata, cornua duo Subo ſunt. Quod vero amphibius dicitur ab OPPIANO, intelligendum eſt, vt de ceruis, qui flumina nando cibi cauſa ſaepe traiiciunt. Atque hoc quidem recte monuit Gallus.

De attagene verſ. 405 recte dubitat Gallus, an BELONII Francolinus ab illuſtri BUFFONO ſub nomine

mine Attagenis descriptus intelligi possit. BELONII francolinus inter pulueratrices aues est; ita etiam de attagene suo tradit *Aristoteles* H. A. IX. c. 49. quem scolopaci comparat in colore ibidem c. 26 (et hic quidem locus est, quem ab *Athenaeo* laudatum frustra se quaesiuisse in nostro *Aristotele* queritur Gallus in nota ad h. l.) et scriptor temporum Sullanorum ALEXANDER MYNDIUS apud ATHENAEUM IX. p. 387. Verum ARISTOPHANIS attagen habitat prata et loca paludosa, vt aperte satis indicant loca duo Auium vers. 245. et Vesparum vers. 257. vt adeo miremur, vnde in mentem venerit nupero ARISTOTELIS interpreti Gallico asserere in Comment. p. 112. Scholiasten graecum ARISTOPHANIS solum propter ignorantiam attagenem in pratis et locis paludosis collocare. Igitur statuamus necesse est, Attagenem Atticum a reliquorum Graecorum attagene praeter nomen nihil commune habuisse. Quod quidem exemplo non carere sciunt litteraturae graecae periti. Addimus hoc loco exortum nuper alium Gallum PEIROUSE, qui tetraonem lagopoda Pyrenaeorum montium describens in Mémoires de l'Academie de Toulouse T. I. 1782 asserit, attagena veterum esse gallinam corylorum, contra attagena recentiorum vna cum Lagopode altera PLINII esse Lagopoda plumis aestiuis vestitam. Videtur iam olim CONR. GESNERUS in eam opinionem pronus fuisse, vt attagenem intelligeret gallinam corylorum; verum haec opinio in attagenem ARISTOTELIS et ALEXANDRI Myndii cadere tantum modo possit.

De Otide, cui in descriptione *Oppiani* versu 407 *floret semper piloßissima auris* inepte prorsus exclamat Gallus: fierine potuit, vt feliciori penicillo proprioribusque coloribus Bistarda depingeretur. Sola enim auis est ista, quae a nascente

roſtro vſque ad aurem barbam gerat longam tenuibus plumis tenerae lanuginis ſimilibus formatam. Nos contra vix abſtinemus, quin exclamemus, potuitne clarius indicium fieri, Gallum Biſtardam vulgarem nunquam niſi fortaſſe in pictura aliqua vidiſſe, nec eam ab exterarum regionum generibus diſtinxiſſe. Solis enim peregrinis generibus auris pennis longis eminet, non biſtardae Galliae atque Europae indigenae!

De Oryge verſ. 445. quae traduntur in longa ſatis annotatione, noua quidem ſunt, ſed non vnius aſſis. Interpretatur enim orygem de rupicapra (Chamois); colorem lacteum intelligi putat luteum ſubpallidum; genas porro in ſolis rupicapris nigricare addit, et ſic omnia egregie conuenire in rupicapram, quae *Oppianus* de oryge tradit, praeter magnitudinem rhinocerote paulo inferiorem. Sed hanc comparationem ad emphaſin et hyperbolam poeticam refert. Tu vero, Lector, compara mihi egregiam Cel. PALLASII diſputationem in Spicileg. zoologico XII. qui quidem recte orygem *Oppiani* ab oryge reliquorum ſcriptorum diſtinxit, illumque ex notis poetae pro Leucoryge ſuo habet (p. 63.). Hunc poſtea pictum exhibuit *Pennant* in Hiſtoria Quadrupedum Lond. 1781. tab. VI. Totus albus in media facie et temporibus maculam rufam praefert. Annotatione praeterea dignum eſt, verſum 454. qui vulgo legebatur ita: *ἰοφόροι· κεινὴν δὲ φύσιν κεραέσσι λέγυσι*, vt cornua orygis caua eſſe traderentur, nunc ex Codice Vaticano emendatiorem habere: *ἰοφόροι κείνοις δὲ φύσιν κεραίσσι λίγυσι*, i. e. *venenatam cornibus illis naturam eſſe aiunt*. In verſione tamen adhuc legitur: *caua vero cornua natura eſſe aiunt*. Nobis quidem haec noua lectio admodum blanditur, verum in tanta obſcuritate rei, de qua agitur, nihil plane ſtatuere licet de natura cor-

cornuum animalis, quod ne coniectura quidem assequi licuit.

Quae de elephanto traduntur in annotationibus, trita sunt et vulgaria. Poterat tamen admonere lectorem de diuersitate elephanti Libyci atque Indici, quam praeter *Polybium*, *Strabonem*, *Plinium* et *Philostratum* obiter etiam prodidit *Liuius* Libro XXXVII. c. 40. de bello Romanorum cum Antiocho magno, atque ex eo *Appianus* T. I. p. 582. ne pari quidem numero, inquit, Indicis elephanti Africi resistunt, siue robore animorum vincuntur, siue quia magnitudine; longe enim illi praestant. *Appianus* vero in eandem fere sententiam tradit, Africanos elephantos minores et breuiores esse ita, vt maiores Indicos timeant. Eadem porro differentia patriae et quidem paulo maior versatur in genere rhinocerotum; quae veteres non latuit. *Pausanias* enim et *Martialis* primi rhinocerotis Aethiopici bicornis meminerunt. Verum praeter cornuum diuersitatem et numerum alia etiam in corporis habitu differentia apparet, quam planissime nuper explicauit doctissimus *Camperus* post *Sparrmannum*.

Oppianus Gallo nostro rhinocerota iuniorem descripsisse videtur; quod quidem arguere putat non magnitudinem solum ab *Oppiano* illi tributam, sed macularum etiam mentionem (ita enim interpretatur ἐαθάμιγγας versus 559), quas fronti tantum dorsoque ineſſe poeta tradit, cum in maiorum et vetustiorum ferarum toto corpore crustae illae et tubera sparsa occurrant, quae illustris BUFFONUS *incrustations ou de tuberosités* appellat. Verum de magnitudine quid sibi velit Gallus, nescimus; eam enim oryge paulo maiorem rhinoceroti tribuit poeta; orygis autem magnitudinem non definiuit. De macularum etiam interpretatione propter colorem earum purpureum in flaua fronte et dorso dubita-

mus tantiſper, dum aliunde meliora edoceamur. Verum illud recte admonuit Gallus, verba καλλαμοισι μετώποις nullo modo ferae prorſus glabrae, ſparſis tantum hinc inde pilis ſingulis per pellem, conuenire; hinc igitur emendabat πυλυτόμοισι de rugis interpretatus frontis, quae tamen non adeo conſpicuae ſunt in fronte, quam in reliquo corpore. Deinde vox πολυτόμος eam ſignificationem, niſi auctore Gallo noſtro, non habet, nec omnino habere poteſt. Denique locum *Straboni* Libro XVI. p. 533. de rhinocerotis pelle emendatum ſic ponit: ἔχει δὲ καὶ δύο στόλας pro στύλας i. e. habet duo cingula (i. e. ſinus profundos pellis rugis effectos) tanquam draconis ſpiras a dorſo vſque ad ventrem decurrentia, alterum verſus collum, alterum ad lumbos. Verum nobis locus hic multum adhuc dubitationis habere videtur; neque enim στόλος graece ita dicitur, nec videmus ſimilitudinem cum ſpiris draconum, nec denique quomodo duo tantum eiusmodi cingula nominauerit *Strabo*, cum totum vbique corpus rugis eiusmodi exaratum ſit. Nec meliore fortuna acutiſſimus Britannus *Tyrwhitt* emendabat p. 45. τύλας, quae vox proprie de callo, deinde etiam de tubere calloſo cameli vſurpatur. Nobis hic locus opportunus videtur lectorem de loco *Coſmae Indicopleuſtae* admonere, qui in Topographiae Chriſtianae Libro XI. multa animalia Indiae et Aethiopiae propria deſcripſit. Is igitur etiam de rhinocerote bicorni tradit, quem viuum mortuumque ſaepius in patria contemplatus erat. Nomen Aethiopicum ponit *Aru* vel *Haruſ*, et cornua duo incedentem feram motitare, iratam vero firmiter defigere, infimoque inprimis arbores etiam exſcindere refert. Ex quo apparet, veterem eſſe narrationem, de qua apud Hottentottas inaudiuit *Sparrmannus* p. 412 de mobilitate cornuum, cuius fidem

fidem et veritatem nec *Sparrmanno* in viua beſtia aut comprobare aut reiicere licuit.

De pantheris, quos *Oppianus* verſu 522 obiter cum felibus et aliis animalibus paruis nominat, miram legimus ad h. l. annotationem: Duo tantum in tota ſunt antiquitate ſcriptores, qui de pantheris iſtis loquantur, noſter et *Ariſtoteles* H. A. VI. c. 35. Deinde adſtipulatur illuſtri *Buffono*, qui panthera *Oppiani* putat eſſe thoum ſpeciem minorem, atque omnino eam feram, quam ipſe ſub arabico nomine Adiue deſcripſit. Verum fallitur illuſtris *Buffonus* in eo, quod thoëm minorem eundem putat cum panthere; *Ariſtoteles* enim, qui duplex aut triplex thoum genus ex vulgari traditione prodit, alio loco (quem Gallus laudauit) ſimul panthera et θῶας nominat. *Oppianus* vero ſimpliciter θῶας nominat, nulla plurium generum facta mentione. Praeterea in loco *Ariſtotelis* VI. 35. dubitari poteſt, an ſequentia verba, quae vulgo ad thoas referunt: *Corpore*, inquit, *porrectior vſque ad caudam ſed altitudine minor. Celeritate aeque praeſtat, quamuis crura habeat breuiora; mollis enim et agilis eſt, proſilireque longius ob eam rem poteſt:* potius ad panthera, cuius mentio antea facta eſt, non referenda ſint. Singularis enim numerus ad ὁ πανθὴρ redit; thoës vero plurali numero deſignat, quod plura thoum genera ipſe alibi tradiderat. Denique, quod nullum ex antiquis ſcriptoribus praeter *Ariſtotelem* atque *Oppianum* pantherum meminiſſe aſſerit Gallus, in eo memoria eum fefellit. Nominabimus hic ſolum *Aelianum* XV. c. 14. qui inter alia dona etiam pantheras cicuratos regi ſuo ab Indis afferri tradit. In loco de echino verſu 597 ſeqq. magnum ſibi lucrum feciſſe videtur Gallus in lectione Codicis Veneti, quae vulgatum μείζονος *maioris* mutat in μείονος i. e. *minoris*. Rationem vero non capimus,

quae

quae eum impulit, vt eam mutationem tam aude amplecteretur. De maiore enim, ait, hyſtrice age poeta in libro tertio. Quo vero argumento doce bit, *Oppianum* echinos cum hyſtricibus permutaſſe, quos nomine diſtinxerat? Quodſi id fecit, non videmus, qui ignorantiae, barbariei vel petulantiae crimen recuſare poſſit, qui in tanta nominum diuerſitate lectoribus illuſerit.

Ad Caput de Simiis verſu 605 ne verbulum quidem appoſitum reperimus, quo *trina* ſimiarum genera explicarentur. Videtur autem *Oppianus* tres ſimiarum claſſes conſtituiſſe; de ſpeciebus enim numerus verus eſſe non poteſt, quarum multo maior *Ariſtoteli* iam olim cognitus fuit.

De dente elephanti reperimus in Addendis annotationem ad locum *Oppiani* verſu 507 ſeqq. quam omittere non debemus. Tradit ſcilicet *Oppianus* cum *Pauſania* p. 159. dentes elephantinos aeque ac cornua bouilla igne emollita dilatari in variasque formas duci poſſe; quod quidem artificium nobis hodie incognitum eſt. *Sed veteribus*, inquit Gallus, *artem eburis igne et malleo molliendi innotuiſſe, eo probabilius eſt, quod hodie reperta eſt ars illa et Chymicis quibusdam non eſt ignota, vt nuperrime didici a clariſſimo viro Meunier, Acad. Scient. Pariſinae Socio.* Argumentandi haec ratio valde quidem noua nobisque inaudita eſt; res tamen ipſa propter manifeſtum *Pauſaniae*, artium elegantiorum peritiſſimi viri, teſtimonium certa nobis videtur, et miramur, obſeruationem hanc non animaduertiſſe viros doctos, qui de arte veterum, qua ſtatuas eburneas elaborarunt, ſcribere aggreſſi ſunt.

Procedimus ad librum tertium, vbi ad verſum 35. et ſequentes, quibus *Oppianus* leones Libyae colore caeruleo nigroque mixto, et deinceps leonem Aethiopiae nigrum ore fuluo commemorat,

recte

recte admonet, *Plinio* Libr. VIII. c. 17. *leonum in Syria tantum colorem nigrum esse* asserenti fidem vix haberi posse, nisi ex *Oppiano* nomen Libyae pro Syria reponatur. Sed debebat praeterea Gallus differentiam duplicis leonum generis, quod tradit *Oppianus*, Asiatici scilicet et Africani, accuratius explicare, et cum simili prorsus distinctione ab Aristotele primo H. A. IX. 44. deinde ab eius assecla *Plinio* VIII. c. 18. *Aeliano* H. A. IV. c. 34. et *Solino* c. 27. facta comparare, vt, quid veri narrationi insit, lectores intelligere possint. Quamuis enim illustris *Buffon* de hac leonum diuersitate taceat adeoque dubitet, vix tamen huic *Aristotelis Oppianique* consensui omnis abroganda esse fides videtur. Quotam enim hodie Africae partem, indigenarumque eius animalium nouimus? Itaque exspectandum, vt posteritas veterum auctorum narrationi auctoritatem addat; interim tamen sedulo inquirendum erit, quid de hac varietate leonum tradiderint. Singula igitur momenta ex verbis *Oppiani* collecta et definita verbis planis ponemus. Leones Asiaticos, id est, Armeniae, Parthiae Arabiaeque indigenas, iubatos, praegrandi capite crassaque ceruice et imbelles ponit; contra Libycos breui pilo vestitos, sine iuba, colore caeruleo nigroque mixto, aut totos nigros, omnium fortissimos. Sed praeterea in verbis σμερδαλέος δὲ πρόσωπα καὶ αὐχένα, quae vertunt vulgo: *horrendus facie et ceruice:* praeter horroris notionem, quae notam generi leonum diuerso distinguendo satis aptam non praebet, maius aliquid et signum clarius latere putamus. Igitur persuasimus nobis inibi colli capitisque proceritatem et argutiam tradi; qua nota etiam Aristoteles fortius leonum genus distinxerat, vbi ait: τὸ δὲ μακρότερον καὶ εὐθύτερχον ἀνδρειότερον i. e. *genus procerum, breui simplicique villo fortius est.* Contra alterum

alterum genus, cui *Oppianus* collum craſſus et praegrande caput iubamque prolixam tribuit, *Ariſtoteles* στρογγυλώτερον, ὁλοτριχώτερον καὶ ἁβρότερον appellat; idem *Plinius* compactile et breue, criſpioribus iubis, pauidius; *Aelianus* γυρότερον καὶ συνεστραμμένον καὶ τὴν χαίτην λασιώτερον ſatis bene interpretati ſunt. Vides itaque, lector, tantum abeſſe, vt *Oppianus* a diſciplina *Ariſtotelis* longe abeat, vt potius plane cum ea conſentiat, eamque ſignis atque argumentis clarioribus explicet atque illuſtret. Supereſt tamen, vt notionem longitudinis, quam verbo σμερδαλέος ex conſenſu etiam ontionis ipſius tribuimus, auctoritate et exemplis aliorum poetarum confirmemus. Suppeditabit ea nobis *Nicander*; is de aſpide in Theriac. verſu 160 tradit: ἣ καὶ σμερδαλέον μὲν ἔχει δέμας, quod *Eutrapius* in paraphraſi graeca interpretatur: μεγίστη δὲ ὄσα i. e. *longa et magna corpore.*

Ad locum de Onagro verſ. 183 ſeqq. recte illud primum monuit Gallus contra poſtremum Editorem, Onagrum *Oppiani* diuerſum plane a fera Africana hodie Zebra dicta, quam primus *Philoſtorgius* deſcripſit, eſſe onagrum latinis etiam ſcriptoribus dictum, id eſt aſinum ferum, cuius venationem Romani diligenter exercuiſſe videntur, vt genus aſinum villaticum et domeſticum coniugio ſilueſtri emendarent, docente inprimis *Columella.* Idem iam olim monuerat illuſtris *Buffon* in hiſtoria Aſini; idem deinde confirmauit egregius *Pallas* noſter in Symbolis Septentrionalibus, vbi onagrum ſibi viſum ſaepius praeclare deſcripſit et viuis coloribus pinxit. Idem vero iam antea in Spicileg. zoolog. XI. p. 5. de aſinis feris bene docuerat. Inſula Caudo in vicinia Cretae inprimis ferax pulcherrimorum onagrorum traditur a *Suida*; eandem inſulam *Plinius* IV. 12. cum *Mela* II. 7. Gaudon appellatam

cum

cum Chryſa contra Hierapytnam ſitam ait. Eandem etiam memorat *Callimachus* apud *Strabonem* I. p. 44. Eaedem denique hodieque a Graecis recentioribus propter onagrorum copiam Γαιδαρονῆσοι, *aſinorum inſulae*, appellantur, auctore TOURNEFORT in Itinerario T. II. p. 53. — Sed ſuperſunt tamen quaedam in narratione *Oppiani* loca, quae Gallus praeterire non debebat, quaeque nobis dubitationis multum habere adhuc videntur. Primum verba illa de taenia ſeu faſcia nigra, quae medium dorſum cingit χιονέης ἑκάτερθε περισχομένη στεφάνῃσι, i. e. vt in verſione *Turnebiana* legitur, *niueis vtrinque albis lineis*, recte quidem Gallus p. 247. de linea nigra dorſi, quae aſſidente vtrinque alba, ſuper humeros anterius deſcendit, crucisque ſpeciem exhibet, in aſino vulgari etiam interpretatur; ſed docere omiſit, quomodo color ἀργύρεος ſeu argenteus onagro conueniat, quem nec *Pallas* noſter in onagris ſuis vidit. Voluit quidem Gallus perſuadere nobis, hunc eſſe colorem argenteum, qui aſininus et κίλλος Graece dictus fuerit, auctore POLLUCE in Onomaſt. L. VII. ſegm. 56. (quem locum iam olim CONR. GESNERUS adhibuerat) verum nemo ignorat, colorem iſtum a ſano homine non potuiſſe ἀργύρεον dici; Credibile tamen eſt, *Oppiano* aut aliter dici ἀργύρεον, aut aliam, olim fuiſſe huius loci lectionem; nam aliter χιόνεαι illae στεφάναι, lineae illae niueae, in colore argenteo vix poterant diſtingui. Praeterea epitheton ἠερόεις ſatis indicat, quem *Oppianus* colorem Onagro proprium facere voluerit; nempe, vt recte olim CONR. GESNERUS aduertit, ex cinereo ſplendidum, quem ſupra etiam verſu 74 in pardali χροιῇ ἐπὶ παμφανόωσῃ ἠερόεις dixerat. Emendatione verſus 185. a Gallo propoſita, qua vulgatum ὅστε πέλει Φαιδρὸς mutat in ὅσσε πέλει Φαιδρὸς i. e. *oculis eſt hilaris*, non magnum lucrum hiſtoriae natu-

naturali accedit. Quod vero verba ἄρχιος ὄμως de apta membrorum compoſitione explicat, illuſtranda erat illa notio exemplis pluribus ex *Oppiano* allatis, qui vſum huius vocis frequentat. In de cameleopardali verſu 477. memoratur ἄρχιον ὡς ἐλάφοιο, τέρεν στόμα, vbi verſio *Turnebiana habet: ſatis patulum vt ceruo tenerum os;* nec tamen ibi annotatum aliquid reperimus. Denique hoc loco poterat ab interprete *Oppiani* memorari inſignis aſini nota, quam ex vſu vulgari repetitum ſine dubio tradidit *Antimachus*, poeta *Colophonius*, cum *Callimacho*, Cyrenaeo. Hi enim aſinum optimae notae appellant ἐννεάκυκλον; ſunt vero κύκλοι, auctore HESYCHIO et HERODIANO, αἱ ἐν τοῖς σκέλεσι τῶν ὄνων περιγραφαὶ μέλαιναι i. e. circuli nigri in pedibus aſinorum; qualibus reuera multi etiam noſtratium aſinorum humeros et femora cincta gerunt, vt iam annotatum video in illuſtris BUFFONI hiſtoria animalium.

Locum difficilem verſu 251 ſeqq. de equis Aethiopiae feris, ita feliciter extricaſſe ſibi videtur Gallus, vt equos fluuiatiles intelligi putet, quibus, vt verum fateamur, ſatis bene omnia in *Oppiani* deſcriptione conueniunt, praeter iubam per medium dorſum ad caudam vſque excurrentem, cum *Ariſtoteles* iubam equi ſimpliciter hippopotamo attribuerit. Sed miramur, Gallum non offendiſſe ad locum natalem equis feris aſſignatum ab *Oppiano* ἐπὶ κρημνοῖς ἐπὶ τέρμασιν Αἰθιοπήων, quod verſio *Turnebiana* interpretatur *in praecipitiis vltimis Aethiopum.* Quid enim aliud hippopotamum praecipitiis aſſignare eſt, quam delphinum appingere ſiluis. Verum fortaſſe huic difficultati ita poteſt occurri, vt dicamus, κρημνὸς h. l. eſſe ripas fluminum, aut loca paludoſa; quemadmodum paulo poſt verſu 365 de apro eſt, eum cubilia ponere πυμάτοις ἐπὶ βένθεσι

βάθεσι κρημνῶν, vbi aeque inepte de praecipitiis capiunt. *Pindarus* etiam κρημνὸς ſaepe de fluuiorum, paludum et maris ripis dixit. Quod vero ipſam equi fluuiatilis formam attinet, mirum quantum in ea deſcribenda veteres graeci et latini ſcriptores cum a ſe inuicem tum a recentioribus differunt, vt iam olim monuimus in cenſura Ariſtotelis Gallici. Poſtea hippopotami crocodilum faucibus tenentis imaginem ex gemma antiqua caelata (no. 62.) publicauit *Deſcription des Pierres gravées du Cabinet du Duc d'Orleans* T. II. vbi editor p. 167. de hoc diſſenſu monuit, et doctiſſimi *Aubentonii* diſputationem eadem de re adiunxit. Denique quod deſcriptionem Gallus noſter hippopotami, tanquam vero proximam, raram, et ex auctore manuſcripto et anonymo profectam repetiit ex *Bulengero* de Ludis Circenſibus, in eo egregie falſus eſt. Is enim totus locus, quem *Bulengerus* tanquam ex auctore manuſcripto depromtum poſuit, exſtat hodie longe integrior in *Euſtathii*, Antiocheni, Commentario in Heraëmeron p. 21. Nobis quidem, ſi credere volumus, *Oppianum* etiam hic cornua cum dentibus nomine tenus permutaſſe, eodem iure coniicere licebit feros Africae equos intelligi animal vernaculo nomine *Gnou* dictum, equo quidem toto corporis habitu admodum ſimile. Sed hoc eſt hariolari! In loco obſcuro de luporum quinque generibus verſ. 293 et ſeqq. explicando nihil attulit Gallus, quod ad ea genera diſtinguenda atque explicanda pertineret, niſi quod recte monuit, genus primum sagittarium dictum, verſu 295. ξανθὸς πρόπαν εἶδος rufum, non vero *flauum*, eſſe interpretandum. De altero genere, accipitre dicto, vulgata lectio verſus 312. arguebat, eum inprimis capras depraedari; ſed lectio Codicis Vaticani habet ἄγρη, quod l. l. praeſtat vulgato αἰγί. Quartum genus vulgata

lectio verſus 327 εὐρύτατον ὤμοισι *latis armis* pro debat; ſed lectio Codicis Vaticani habet νώτοισι *lato dorſo*. De lectionis veritate nondum decernere licet, quoniam haec genera prorſus ignoramus adhuc. Recepit tamen Gallus lectionem Vaticanam, relictis in verſione *Turnebiana*, quam emendandam ſuſceperat, *latis armis*.

De thoibus verſu 37. recte monuit Gallus, illuſtrem *Buffonum* cum aliis male eos cum lupo aureo, *Chacal* vulgo dicto, permutare, a quo tamen notis quibusdam ab *Oppiano* editis ſatis diſtinguuntur. De thoibus ab *Ariſtotele* dictis res non adeo clara eſt; nimis enim pauca philoſophus de eorum vita, nihil plane de forma prodidit.

Locum de hyſtrice verſ. 393. vbi primum τῶν ἤτοι μέγεθος μὲν ὁποῖα λύκοισι δαφοινοῖς, i. e. *magnitudo quanta luporum*, deinde vero βαιὸν, ὀλιζότερον — δέμας i. e. *paruum et breuius corpus* dicitur, recte quidem Gallus in corruptelae ſuſpicionem adduxit, quod duo iſti verſus recta fronte invicem pugnant; ſed medela ab eo propoſita: τῶν ἤτοι et cet. i. e. *horum magnitudo non tanta eſt quanta luporum, ſed parui et breuiore corpore ſunt*, admodum nobis inepta videtur. Voluit enim ſine dubio poeta docere, cui ferae maxima cum hyſtrice ſimilitudo aut formae aut magnitudinis intercedat, nec intererat lectoris ſcire, cui diſſimilis ſit. Igitur corruptela aut in voce λύκος, aut in ὀλιζότερον, latet. Nihil enim fere hyſtrix cum lupo commune habet.

Narrationem de ichneumone mire corruptam Gallus plane non attigit, niſi quod verſu 437. lectionem Codicis Vaticani poſuit de cauda ichneumonis: ἄκροισι κεφαλὴ δοκέει δ' ἔμεν οἵσι κορύμβοις, ἄντα μελαινομένη, θηρῶν φολίδεσσιν ὁμοίη, quod verſio *Turnebi* a Gallo emendata h. l. interpretatur:

nam

nam cauda ei procera et ſerpentina eſt, ſummis apicibus caput eſſe videtur, contra nigricans. Ad verba ἄντα μελαινομένη adſcripſit Gallus: verte ἄντα ex aduerſo ſpectata, *vue de face*. Verum quo argumento hanc interpretationem lectori approbabit? Deinde nulla poteſt eſſe loci huius iuſta interpretatio, dum aliunde ei medicina facta fuerit. Quid enim monſtrum lectionis a Gallo poſitum auctoritate Codicis Vaticani nos adiuuat? Quae poteſt excogitari caudae ichneumonis cum capite eius ſimilitudo? Scimus caudam eius deſinere in pilos longiores, quos vna cum reliquis caudae pilis contorquet iratus, erigit antrorſum (hinc *Oppianus* recte ἀντία γυρώσας verſu 440.) et melium more grunnit, vt diſcimus ex accurata ichneumonis perſici deſcriptione in Symbolarum Septentrionalium Cel. PALLASII Vol. IV. p. 99. data. Κορύμβας ἄκρας poſſumus pilorum faſciculum in caudae apice prominentem interpretari; ſed quid faciemus illa ſerpentum ſquamis ſimili cauda? quae in ichneumone non ſquamoſa, ſed piloſa eſt. Vides igitur, Gallum non modo lectorem nihil in hac difficultate adiuuaſſe, ſed multo etiam magis aliena intruſa lectione turbaſſe.

Ad verſum 504. legimus hoc Galli decretum: Cuniculos et lepores confudiſſe videtur *Oppianus*; at Xenophon contra, ex cuius libello de Venatione noſter haec cuncta de leporibus deſumſit, rectius in duplicem ſpeciem eos diſtinguit: vide pag. 573. l. 14 et ſeqq. Sed in vtroque fallitur. Nec enim *Oppianum* confundere cuniculos cum leporibus vllo argumento doceri poteſt; nec *Xenophon* vllibi duplicem leporum ſpeciem diſtinguit. Nominat quidem ἰύναίας et δρομαίας lepores, ſed hi moribus, non natura differunt. Praeterea duo quidem genera nominat Cap. V. §. 22. ſed magnitudine et co-

lore tantum distincta, quem in vtroque genere eundem tradit cum *Oppiano*. Attamen facile credimus, *Oppianum* tria leporum Europaeorum genera, colore etiam diuersa, non satis distinxisse, colorisque differentiam omnem ad terrae, cui inhabitant, colorem falso retulisse.

Hae quidem sunt omnes obseruationes viri docti, quae historiam animalium naturalem spectant, quas ex toto libro collectas posuimus, quo melius lectores nostri existimarent, quid noua haec *Oppiani* editio ad augendas scientiae naturalis copias ampliandumque, quicquid de veterum studiis hac in disciplina scimus, vel subsidii vel augmenti contulerit, et quid de noua libri de Piscatione editione porro exspectare liceat.

VIII.

AURELII CORNELII CELSI medicinae libri octo. Ex recensione LEONHARDI TARGAE. Accedunt notae variorum, item quae nunc primum prodeunt, I. L. BIANCONII dissertatio de CELSI aetate et GEORGII MATTHIAE lexicon Celsianum. Lugduni Batauorum, apud Sam. et Io. Luchtmans MDCCLXXXV. praefat. pagg. 56. operis et notarum pagg. 678. lexici Celsiani pagg. 463. in 4to mai.

Ad hanc CORNELII CELSI editionem omnibus fere numeris absolutam et caeteris omnibus longe praestantiorem adornandam bibliopolae frustra in Batauis et alibi virum eruditum quaesiuerunt, qui medicinae studium cum iusta literarum, praesertim latinarum, scientia ita coniungeret, vt editio

ris partes recte et cum laude in se suscipere potuerit. Hinc ipsi bibliopolae negotium, quod cum plurima sane laude peregerunt, suscepérunt, et si dubitatio quaedam in eligendis optimis libris tam impressis quam scriptis subesset, virum doctum et in latinis literis versatum consuluerunt. Ex illius consilio factum est, vt repudiato LINDENII textu manco admodum et ab ipso LINDENIO temere saepius interpolato, (mos enim fuit huic viro, vt, vbicunque difficultatem quandam textus offenderet, subinde corrigendam ex codicibus facile, subinde vero ipsis librorum auctoribus naturalem, suis textui inditis textum temere mutaret, vt adeo, si concinnam commodamque formam, quam editiones suae habent, excipias, parum in iis sit, quod commendationem mereatur) quem ALMELOVEENIUS etiam secutus erat, CORNELII CELSI illud exemplum nouae huic editioni fundamentum praeberet, quod ex recensione LEONHARDI TARGAE, viri e MORGAGNII disciplina profecti et egregii prorsus, Patauii anno MDCCLXIX. prodiit. TARGA autem textum ad librorum scriptorum veterum fidem, inprimis antiquissimi Medicei, tanta cura, et tam docte recensuit, vt eius editio merito ea dici debeat, qua CELSUS illibatus et ad antiquissimorum librorum fidem integerrimus prodierit. Nouae autem huic editioni compluria accessere illam admodum commendantia et lectoribus interpretationis apparatum quendam cupientibus apprime vtilia. Ediderat scilicet praeclarus vir, IOANNES BAPTISTA BIANCONIUS, dissertationem de CORNELII CELSI aetate doctissimam et omnibus paene numeris absolutam, a summis etiam in Germania viris admodum laudatam. Quod argumentum autem quum BIANCONIUS per epistolas ad TIRABOSCHIUM lingua Italica scriptas late explicuisset, librariorum rogatu

gatu totius argumenti ſummam paucioribus pagellis concluſit et amplioris libri epitomen latine ſcriptam librariis paulo ante mortem communicauit. Venit etiam, caſu quodam, in manus librariorum vetuſta CELSI membrana ab aliis nondum collata, ſatis varietatum exhibens, quas huic editioni adiecerunt. Codicem tamen ipſum, qui inſignem varietatum copiam exhibuit, non deſcripſerunt. Adiectae etiam ſunt variorum interpretum in CELSUM notae ex editione, quam celeberrimus et de vniuerſa re medica meritiſſimus in Lipſienſi Academia medicus profeſſor KRAUSIUS praeclarae ſuae et caeteris omnibus hactenus praeſtantiori editioni adiecerat.

Vti autem ſaepius accidit, vt virorum doctiſſimorum lucubrationes, quibus ſedulam admodum manum admouerunt, et quae vtilitatem ſummam omnibus iis vtentibus adferunt, temporum quadam iniuria deliteſcant, nec facile in lucem protrahantur, ita in CELSUM lexicon copioſiſſimum, perfectiſſimum, a viro in CORNELII CELSI lectione maxime verſato et in illuſtrandis explicandisque aliis veterum monumentis medicis feliciſſimo GEORGIO MATTHIAE, in vniuerſitate Gottingenſi quondam profeſſore medico celeberrimo, ſtudio ſummo congeſtum atque elaboratum, apud haeredes eius in tenebris, tineis et blattis expoſitum tam diu iacuit, donec a librariis aere redimeretur, et ſplendidiſſimae huic editioni, ceu ſingulare ornamentum, ſubnecteretur. Quae librariorum cura eo magis laudanda eſt, quum CELSO intelligendo, explicando, ipſiusque adeo latinae purioris linguae theſauro copioſius inſtruendo hoc lexicon inprimis conferat, ſimilemque laborem a ſummo viro IOANNE RHODIO profectum flammae abſumſerint, neque in promiſſis LEONHARDUS ipſe TARGA, eundem laborem pollicitus, ſteterit.

Haec

Haec ſufficient, vt intelligant commentariorum noſtrorum lectores, quid a bibliopolis, ſtudio ſane ex omni parte laudabili, in hac editione adornanda fuerit praeſtitum. Praefationem bibliopolarum, dedicationes et praefationes Cl^um quondam virorum, IOANNIS CAESARII, ROBERTI CONSTANTINI, IOANNIS ANTONIDAE VAN DER LINDEN, THEODORI I. AB ALMELOVEEN, IOANNIS BAPTISTAE VULPII, LEONHARDI TARGAE excipiunt.

Sequuntur librorum ſcriptorum editorumque, qui in CELSI emendatione a TARGA adhibiti ſunt, indices. Antiquiſſimus Mediceus codex ſaeculo XII. ſcriptus eſt et in CELSI lectione recte conſtituenda ſummae vtilitatis. Caeteri Medicei, qui numero ſex ſunt, adeo inter ſe conſentiunt, vt ab vno eodemque exemplari profecti videantur. Scripti omnes ſaeculo XV. ſunt, at tertius paulo antiquior eſt. Vaticani ſeptem codices omnes ſaeculo XIV. aut XV. ſcripti ſunt. p. 35.

Editorum librorum recenſionem, mancam, nec principes omnes editiones referentem, IOANNIS LUDOVICI BIANCONII *de* CELSI *aetate epiſtola* excipit ad librarios latine data. In ea hoc maxime probatur, quod CELSUS, quem TIBERII AUGUSTI temporibus floruiſſe plurimi auctores perhibent, aureo linguae latinae ſaeculo, primis nempe OCTAVII AUGUSTI temporibus, vixerit. Quod inde potiſſimum probatur, quod QUINCTILIANUS refert CORN. CELSUM artium libros ſuos ante GALLIONEM patrem exaraſſe. Fato autem functus eſt GALLIO MESSALA circa dimidium imperii AUGUSTI. Ex ipſis praeterea CELSI locis variis colligitur, artes ſuas illum concinnaſſe paucis annis a THEMISONIS ex Laodicea, qui Romae medicinam faciebat, interitu; ſiquidem ad eum prouocans non aliter meminit, quam *nuper* THEMISON. Is autem p. 39.

circa annum V. C. DCC. ſupremum diem obiit, quod inde probatur, quod ASCLEPIADEM praeceptorem habuerit, qui anno V. C. DCLXIII. viuere deſiit. Veroſimile admodum eſt, THEMISONEM annum paene trigeſimum egiſſe, quam ASCLEPIADES, praeceptor ipſius, interiret, et anno aetatis LXXX, anno V. C. DCCX. ſupremum diem obiiſſe. Ex quibus manifeſte patere Noſter putat, CORN. CELSUM non longe poſt annum V. C. DCCX. artium libros elaboraſſe, quod commode primis temporibus, quibus AUGUSTUS ſumma rerum potitus eſt, reſpondet. Accedit his argumentis aliud, quod videlicet CELSUS medicinae hiſtoriam ad THEMISONIS tempora deducat, neque ANTONIUM MUSAM memoret, qui tamen ASCLEPIADIS placita a THEMISONE mutata iterum mutauerat, medicinaque frigida AUGUSTO feliciter adminiſtrata tantam nominis celebritatem nactus erat, vt CELSUS, ſi MUSAM excepiſſet, curationis celeberrimae et placitorum immutatorum mentionem ſiue dubio iniciſſet, inprimis quum in citandis auctoribus admodum copioſus eſſe ſoleat.

Quae omnia coniecturae fidem ſatis magnam ſane conciliant, CORN. CELSUM ante annum V. C. DCCXXXI. artium libros ſuos concinnaſſe, temporibus, quibus VIRGILIUS, HORATIUS aliique aureae aetatis ſcriptores floruere. Ipſe praeterea CELSUS frigida iecinori infeſta putat, quod ſine dubio non ſcripſiſſet, ſi frigidae ad haec affectionum genera laudes vſu ab ANTONIO MUSA et exemplis probatae ad eum perueniſſent. Licet autem CELSUS a COLUMELLA, qui CLAUDII temporibus floruit, temporum ſuorum auctor vocetur, id tamen opinionem Noſtri non admodum infirmat, quoniam COLUMELLA, qui opera ſua ſenex conſcripſit, inventute florere, declinante AUGUSTI imperio,

probe

probe potuit. Ad reliquas CELSI conditiones quod attinet vitamque, non admodum verosimile est eum ad nobilissimam Corneliam Romanam gentem pertinuisse, ingenuum vero et liberali genere natum probari aliquo modo potest, partim quia nomen triplex gerit, insolitum libertis, partim quia honestatis, pudoris, tam copiosa documenta in libris suis occurrunt, vt liberalem educationem habuisse facile pateat. Romam incoluit, incertum, vtrum donatus Romana ciuitate, aut Romanus ciuis. Confecit scientiarum complurium epitomen, quam artium titulo insigniuit, adsignato artium cuique peculiari libro. Inde etiam codices vetustissimi optimique titulum habent Artium A. CORN. CELSI liber VI. medicinae vero primus. De agrorum cultura quintus liber fuit. Rusticas etiam res et pecuariam prius tractasse ex opere ipso patet. Rhetoricam etiam, notante IUVENALIS scholiaste, septem libris complexus est. De historia, legibus et re militari libros edidisse QUINCTILIANUS refert.

Num CELSUS medicus reuera exstiterit, aut p. 51.
scriptor tantum, qui notas sibi res ad medicinam facientes in epitomen redegerit, auctores dubitant. Calluisse medicinam certum est, incertum vero, imo dubium, num mercedis gratia medicinam exercuerit. Princeps ratio in eo sita est, quod epitomen complurium artium scripserit, nec credibile admodum sit, illum has artes omnes, de quibus scripsit, exercuisse. Finem doctissimo operi coniecturae quaedam de vinendi genere, quo CELSVS vsus est, aliaeque imponunt.

Sequitur ipse textus, typis nitidissime impressus expressusque, ex LEONH. TARGAE recensione. Textui eiusdem TARGAE notae doctissimae subditae sunt, quibus non quidem obscuriora loca explicantur, quod tamen optabile magis fuisset, sed potius recepta in textum lectio vindicatur, aliaeue

adferuntur, quae minorem auctoritatem fidemque habent. In quibus notis non quidem eſt quod admodum taxemus, niſi quod interpres auctori ſuo interpretando et illuſtrando operam tam parcam dederit, ſuperflua tamen, nec accommodata ſatis diffuſaque nimis ſunt, quae ex LINDENIO aliisque notae haud optimae interpretibus adferuntur ad lectionis varietatem pertinentia; de LINDENII enim lectionibus in textum temere receptis certum eſt, eas codicum fidei aliisque regulis firmioribus in recipiendis lectionibus aliis obſeruandis parum niti. Hinc imminuta paululum libri moles foret, vt de taedio, quod lectoribus iure mouet lectionum copia textui parum aut nullo modo inſeruiens, non loquamur, ſi, omiſſis iis, quae LINDENIVS temere textui de ſuis inſperſerat, in minuendis TARGAE notis doctus vir, cui editores curam libri demandauerant, inſudaſſet.

Textum epiſtolae aliquot in CORNELIVM CELSVM excipiunt, notiſſimae ſcilicet epiſtolae immortalis viri IOANNIS BAPTISTAE MORGAGNII ad IOANNEM BAPTISTAM VVLPIVM datae, literis minutioribus, nec tamen oculum laedentibus, impreſſae. Literas copioſas ipſe TARGA ad doctos Italos ſcripſerat, quibus eorum, ſi obſcurior ipſi quidam CELSI locus eſſet, conſilium petiit. Has literae omnes cum reſponſoriis, epiſtolas MORGAGNII excipiunt, ſcilicet a TARGA ad CAIETANVM COGNOLATVM, IOSEPHVM TORELLVM, IACOBVM FACCIOLATVM, IOANNEM BAPTISTAM MORGAGNIVM, datae, cum doctorum clariſſimorum virorum reſponſoriis, et MORGAGNII literae ad IOSEPHVM TAVRELLVM datae cum eiusdem viri reſponſoriis, in quibus omnibus, doctiſſimis quippe, ad illuſtranda explicandaque difficilia CELSI loca plurima notatu digniſſima continentur.

Lectio-

Lectionum varietas ex codice manuſcripto ſaec. XV. haud antiquiore et ex Poggii, Secretarii Apoſtolici libro deſcripto, quem TARGA intercedente IOSEPHO Libero Barone ab ABACO a Sereniſſimo quondam Bauariae electore MAXIMILIANO IOSEPHO impetrauerat, epiſtolas conſequitur. Accepit hunc codicem, quum ipſa editio multum proceſſiſſet, hinc, quae textui ſubiicienda fuiſſent, hic adnexa ſunt.

Variorum auctorum, quae nunc ſequuntur, notae, ex CONSTANTINO, SCALIGERO, CAESARIO, CASAVBONO, COCHIO, ALMELOVEENIO, KRAVSIO, et ex editione CELSI ab Illuſtri viro CAROLO CHRISTIANO KRAVSE, quae Lipſiae, anno MDCCLXVI. prodiit, deſumtae copioſiſſimum interpretationis apparatum, at variae vtilitatis, continent. CONSTANTINI, SCALIGERI, CAESARII, CASAVBONI, ALMELOVEENII ita hic perfecte leguntur, vti KRAVSE, Vir Ill. eas dederat, ipſae vero KRAVSII notae in epitomen quandam redactae, quaedam etiam ex iis penitus omiſſae ſunt. TRILLERI criticae in CELSVM obſeruationes penitus deſiderantur, quae tamen obſcurioribus CELSI quibusdam locis haud parum lucis affundunt. Notas varietates codicis membranacei admodum copioſae ſequuntur.

Singulare autem ornamentum huic editioni acceſſit adiecto copioſiſſimo in CELSVM indice a GEORGIO MATTHIAE ſtudio ſummo confecto, cui proprium potiſſimum hoc eſt, vt voces CELSO vſitatae omnes alphabeti ſerie recenſeantur, locaque omnia adiiciantur citenturque, in quibus eadem vox, phraſis ſimul adiecta, in opere ipſo occurrit. Quod laborum genus quum ſtudium copioſum et continuam lucubrationem requirat, nec in vllo auctore paene alio ſimile ſtudium inſumtum ſit, laudandum vehemen-

menter ſtudium librariorum et commendandum eſt, quod hos doctiſſimi quondam et in CELSI lectione verſatiſſimi viri labores tineis et blattis forte futurum pabulum redemerint et CELSI editioni, quam adornarunt, ſplendidiſſimae, ſubiunxerint.

Non autem ſolum vocibus in CELSO occurrentibus euoluendis et harum vſu diſcendo hoc lexicon inſeruit: rerum etiam diligentiſſimus vir ſtudioſam rationem habuit, adeo vt, ſi vocem quandam euoluas in hoc indice, omnia inuenias, quae in CELSO occurrunt, ſiue ſignificationem, ſiue res ipſas ſpectes, vt adeo hic in CELSVM index vero lexici realis nomine veniat, neque quicquam ſit, quod in eo facile deſideretur.

Sed in molem index increuit ipſum librum longe ſuperantem, partim quoniam auctor omnes vſitatiſſimasque latinis viris voces locaque collegerat, in quibus hae voces occurrunt, eaque loca ad verbum in indicem ſuum transſcripſerat, partim quoniam, quod admodum laudabile eſt, et ad CELSVM illuſtrandum inprimis confert, obſcuras voces omnes, eas inprimis, in quibus HIPPOCRATEM CELSVS latine explicuit, citatis HIPPOCRATEIS vocibus locisque, quae CELSVS latine dixerat, graeco fonte allegato et explicito diligenter illuſtrauit.

Quae vt lectores exactius intelligant, loca quaedam indicis, non vero admodum prolixa, exempla tamen eorum praebentia, quae de indice ipſo retulimus, in commentarios noſtros transſcribere lubet.

Ac. 1 Praef. 3. 102. 2, 8, 54. 114. — (loca alia copioſiſſime adiecta ſunt) *in tranſitione* 1 praef. 92. 105. 1, 2, 14. 2, 3. 9. 11. (citatis locis compluribus aliis) *i. item etiam* 7, 14, 31. *praeterea adhaec* 1. praef. 53. 3, 8, 6. 4, 4, 52. *i. et quidem* 2, 7, 82. ac etiam, *interpoſita voce.* 6, 11, 14. ac neque

1 praef.

1 praef. 112, 1, 1, 1. 1, 2, 2, 2, 1, 48. 2, 4, 17 — ac ne quidem. 1, 2, 14. 2, 3, 7. — *ac primum* 6, 18. 82. 7, 7, 152. ac primum dein 5, 28. 52. ac protinus quidem, ſed. 3, 6, 20. 21. ac quidem, *in tranſitione, ſequente* vero *vel* autem 3, 3, 6. 7. 3, 4, 20. 21. — ac quoque. 2, 6, 30. — ac quoque *i. quin adeo* 6, 14, 10. ac poſtea quoque 4, 13, 18. ac tum quoque 5, 26, 62. 7, 26, 66. ac ſaepe 3, 3, 14. 4, 13, 13. — — ac ſi *pro* ſic ſi 3. 9. 11. 7, 29, 3. 3, 15, 10. 4, 5, 23. — ac tum 3, 15, 7. ac tum quoque, tum 7, 26, 66. *ac ante vocalem*: ac inſuper 4, 10, 7. ac inter 8, 1, 71 — ac, et 7, 18, 39. (Loca omnia, copioſiſſime allegata, conſulto non tranſcripſimus.)

Reſido, ſedi, ſidere, *penultima breui* ſedem capio: periti medici eſt, non protinus, vt venit, apprehendere manu brachium, ſed primum reſidere hilari vultu percunctarique, caet. 3, 6. 15. medicus neque in tenebris neque a capite aegri debet reſidere, ſed illuſtri loco, aduerſus eum. 3, 6. 25. in tepidario reſidere 1, 3, 9. ipſum (*medicum*) poſteriore parte reſidentem 8, 15, 6. *i. erectum ſedere*: vbi reſidere vult (*decumbens aeger*) in ipſo acuti morbi impetu 2, 4, 1. quae bilioſa in ſtomacho reſiderunt. 3, 12, 8. *i. collecta ſunt. i. in arctius ſpatium contrahor*: aſpera arteria in gutture aſſurgit caeterisque partibus reſidit 4, 1, 9. *opp.* vbi reſedit inflatio 4, 5, 9. intus tunicae oculi reſidant. 6, 6, 92. *i. collabantur.*

Vnicum adhuc exemplum adiicere liceat, vt intelligant lectores, quomodo doctiſſimus indicis auctor medicamenta a CORN. CELSO memorata pertractauerit.

Laſes, eris, *ſuccus ſylphii radicis et caulium concretus: de quo* Theophraſt. hiſt. plant. 3, 2. Dioscorid. 3, 94. Plin. hiſt. nat. 16, 33. *et* 22, 23. *alibique.*

que. Solin. cap. 29. Pallad. de re ruſtic. 3. tit. 29, 4. tit. 10. Salmaſ. ad Solin. p. 2, 4, 9. ſeqq. Rhod. ad Scribon. Larg. com. 67. p. 126. ſeq. et com. 192. pag. 279. ſeq. *Spanhem. de uſu et praeſtant. numiſmat. diſſ.* 6. p. 293. ſeqq. Laſerpitium, quod Graeci ſilphion vocant, cuius ſuccum vocat laſer Plin. h. n. 19, 3. *add.* Colum. de re ruſtic. 6, 17. et 12, 57. *optimum* laſer *Cyrenaicum, ſed idem rariſſimum: minoris virtutis Syriacum, quod Plinii aetate maxime in uſu fuit: adhuc minoris praeſtantiae Parthicum: vltimae notae Medicum auctores perhibent.* Laſer *nominat* 4, 3, 8. 4, 4, 62. 5, 27, 60. 78, 83. *accuſ.* 3, 16, 7. 4, 12, 11. 6, 14, 9. oportet laſer quam optimum ad piperis magnitudinem deuorare. 4, 12, 11. laſeris quam optimi paululum devorare opus eſt. 4, 4, 59. laſer terere 6, 14, 9. laſere linguam ipſam linere (oportet) 4, 2, 39. eredem autem aqua gargarizandum quoque eſt vel cum laſere vel ſine eo. 6, 14, 11.

IX.

SCRIBONII LARGI compoſitiones medicamentorum denuo ad editionem RHODIANAM editae a IOANNE MICHAELE BERNHOLD, phil. et med. D. Sereniſſimo Marchioni Brandenburgo-Onoldino - Culmbacenſi a conſiliis aulae, phyſico ſupremarum praefecturarum Vffenhemenſi et Creglingenſi, academiae Imperiali Naturae Scrutatorum adſcripto. Accedunt praefatio et index. Argentorati apud A. König, typis Knenleinianis, MDCCLXXXVI. in 8vo. praefatio 24 pagg. textus cum indice 158 pagg. complectitur.

Poſt

Poſt tam praeclaros et numeris paene omnibus abſolutos labores, quos ſummus quondam vir, IOANNES RHODIVS, in SCRIBONIO edendo inſumſit, poſt editionem inquam Rhodianam ampliſſimam doctrinae vtiliſſimae ad illuſtrandos etiam complures veteres medicos alios copiam continentem, Iliada poſt Homerum ceciniſſe Cl. BERNHOLDIVS videtur, dum in SCRIBONIO nouiter edendo elaborauit. Licet enim complures adeo et comparatu faciles SCRIBONII editiones haud proſtent, neque Rhodiana editio tam frequenter obuia ſit, vt quauis alia carere poſſimus, non quidem reprehendendum eſt propoſitum Cl. viri operae ſuae partem edendo iterum SCRIBONIO impendentis, taxanda autem reprehendendaque iure leuior opera eſt, qua SCRIBONIVM tractauit, taxandum id potiſſimum eſt, quod SCRIBONIVM quidem nobis dederit, recuſo RHODII textu, ſed neque ex RHODII notis lectu digniſſimas et auctori illuſtrando inprimis vtiles, eas inprimis, quibus antiqua SCRIBONII medicamenta illuſtrantur, elegerit, neque, poſt praeclaros celeberrimorum virorum in eruendis antiquis medicamentis labores, vllam horum laborum mentionem fecerit. Notum denique perſpectumque omnibus eſt, lexicon Scribonianum IOANNIS RHODII ſtudio ſummo elaboratum plurimum vtilitatis adferre iis, qui in veterum medicorum ſtudio verſantur, plurimaque in hoc lexico contineri, illuſtrandis ſcriptoribus omnibus, qui in argentea Romanae linguae aetate vixerunt, admodum vtilia. Hos autem labores, quibus tamen inſigne ornamentum editioni ſuae acceſſiſſet, et vtilitas quaedam, quum RHODII ampliſſima editio non frequenter admodum in bibliothecis proſtet, lexiconque in veterum ſtudio occupatis plus vtilitatis adferat, quam ampliſſimae et nimia paene doctrina exornatae eiusdem doctiſſimi viri notae, con-

conſulto omiſit, indice tamen, a WEINRICH, doctore medico, confecto addito, qui vero praeter medicamentorum nomina a SCRIBONIO memorata, quibus ſine omni detrimento rerum ſuarum lectores carere potuiſſent, nihil continet. Quae enim ad illuſtranda medicamenta quaedam adferuntur a BERNHOLDIO, aut obuia ſatis notaque omnibus, aut non appoſita ſatis, neque ex omni parte vera dicta ſunt. Notiſſima certe ſunt indic. p. 147. quae de aluminis generibus veteribus memoratis adferuntur, liquido ſcilicet atque concreto, quibus tamen non omnia aluminis genera comprehenſa ſunt, nec quid cadmia noſtratibus vocetur ſcire opus eſt, verum potius, cuinam corpori naturali veteres hoc nomen dederint. ἱερὰν βοτάνην verbenacam APVLEII et aliorum eſſe BERNHOLDIVS aſſerit, ipſe SCRIBONIVS vetonicam eſſe, dixerat, quam ſui temporis medici et prophetae praeſertim pariter δῖαν, ἱερὰν, ob magicas virtutes et potentes, quas ipſi tribuere, appellarunt. Hinc non eſt quod indic. pag. 152. ſummum virum RHODIVM Noſter confutet, quum praeſertim et ipſe RHODIVS*) ſacrae herbae nomen verbenacae, cui id magis competit, tribuere maluerit.

Sed haec de calce operis dicta ſufficiant. Praefatio ſpecioſis admodum titulis inſtructa eſt, quibus quippe *noua* ſe prolaturum, *refutatis* contradicentium ſententiis, Noſter pollicetur. Operae autem pretium eſt, vt diſpiciamus, quaenam haec *noua* ſint, quibus titulus praefatiunculae temere ornatus eſt.

Primum SCRIBONII copioſiſſime ex vniuerſa Romana antiquitate excitantur ex RHODII notis pag. 3. et 4. quas tamen Noſter ſtudio non citat, et

*) Not. ad Scribon. compoſ. 150. pag. 222. 223.

et LARGI quidem ex BVRMANNI praeſertim in OVIDIVM notis. Plura etiam de SCRIBONII nomine afferuntur, in eo non vera, quod RHODIVS teſtis adducatur, SCRIBONIVM a MARCELLO SIBVRIVM appellatum eſſe: haec enim ex IANO CORNARIO ſumta, non RHODIVS ipſe adfert. TIBERII CLAVDIique aeuo certe vixit, libri ipſius locis complurimus hoc probantibus. Licet autem, deficiente documento qualicumque alio, liber ipſe non prodat, dignitatem in medicina famamque peculiarem auctori ſuo SCRIBONIO fuiſſe, putat tamen Noſter, quoniam MESSALINAE propos fuit et CLAVDIVM in Britanniam ſequutus eſt, eum apud CLAVDIVM eiusque coniugem archiatri munere functum eſſe ſuimſeque admiſſionis fuiſſe, (quis autem tales tamque futiles coniecturas vnquam veras putet? Nemo ſane fuerit, qui concluſionem talem valere facile credat, inprimis quum archiatri Romani temporibus, quibus SCRIBONIVS vixit, longe recentiores ſint, MEIBOMIO *) probante.)

Praeceptores habuit APVLEIVM, CELSVM, VALENTEM et TRYPHONEM, dogmaticorum ſectae adnumerandus, aut potius eclecticorum, quod tamen etiam maiori et intenſiori probatione indiget, inprimis quum de eclectica veterum hac medicorum ſecta omnia adhuc dubia ambiguaque ſint, neque ſectae ſingulari addictus dici is queat, qui de doctrinis cuiuscunque ſectae optima quaeuis ſibi, ad ſuos vſus eligit.

p. 12. ſummi viri, CONRINGIVS et HALLERVS, male taxantur, quod empiricum SCRIBONIVM fuiſſe crediderint: quae ſequuntur, digna ſunt, vt transcribantur. Aliter iudicaſſent, credo, ſummi hi viri,

*) In Caſſiodori formulam comitis archiatrorum. cf. Haller biblioth. med. pract. tom. I. §. 27. p. 179.

viri, *ſi legiſſent, quae protuli* (dolenda quippe merito horum virorum ſors eſt, quod temporibus vixerint, quibus inſignia vaſtaque cari noſtri viri inventa incognita fuere.)

Probatur poſtea, ſed modo Noſtro ſolito, doctiſſimum medicum fuiſſe SCRIBONIVM, nequaquicquam in opere eius paene reperiri, quod ſuperſtitionem vllam, aut non ſatis conſummatum vſum redoleat. Fuiſſe potius medicum in arte ſua admodum exercitatum, candidum, probum, honeſtum humanum.

Nunc *noua* BERNHOLDII ſequuntur in praefationis titulo memorata. Obiter ſcilicet IANVS CORNARIVS dixerat credibile eſſe, quod SCRIBONIVS librum ſuum de medicamentorum compoſitione graece conſcripſerit. Eadem alii in tranſitu qualibet adductisque nullis plane rationibus, dixerant, quae IOANNES RHODIVS in notarum ſuarum proœmio docte iam, vt ipſi erat ſolitum, confutauerat. Haec vero omnia ſiceo pede tranſit, ſcilicet vt noua proferat, aut potius dicta iam alio ſermonis genere profert, auctore non citato. Si vero etiam SCRIBONIVM graece ſcripſiſſe communis opinio eſſet, argumenta BERNHOLDII Noſtri certe latinas operis origines non probarent. Latinae enim voces, quas LARGVS, vt maiorem dictis lucem adfunderet, in Graecam linguam conuertit, vix probant, librum latine ſcriptum eſſe, probarent potius, eum, qui libro e graeco ſermone in latinum vertendo operam dedit, ſtudio verba graeca ſimul adduxiſſe, ne vocum permutatione et alia iis ſignificatione data error legentibus ſubnaſceretur. Eadem perfecte in alterum argumentum dici poſſent, quo Noſter vtitur, dicens, latinum compoſitionis medicamentorum librum ideo eſſe, quod Graeca in latinum verſa contineat, ſcilicet librum παρασκευαστικὸν ΑΣ-

CLEPIA-

CLEPIADIS, cui interpretatio *praeparationum* adiuncta eſt; talia enim ſtudioſum admodum, nec errorem facile admittentem virum latinae e graeco verſionis auctorem proderent. Tandem, latinae libri origines tertium *nouum* argumentum non meius exactiusue probat. LARGVS haec verba habet: *ſtomachi vitium, quod inrequiebili, vt ita dicam, et inextinguibili ſiti conſiſtit, ατοvov Graeci vocant*, Noſter vero ex addito *vt* ita *dicam* probari poſſe autumat, SCRIBONIVM, quod doctiorum nemo hactenus in dubium vocauit, HALLERI enim, qui graece librum ſcriptum eſſe et poſtea latine verſum, ex CORNARIO ſtatuit, teſtimonia in rebus ad antiquitatem medicam pertinentibus auctoritatem plurimam haud habent, librum ſuum, licet in Graecis admodum, pro temporum ſuorum more, verſatus, latine ſcripſiſſe.

Noua autem in hac editione pollicitus Noſter licet in promiſſis non ſteterit, ipſeque adeo in praefatione plura ex aliis ſcriptoribus deſumta adferat, quos tamen, ſtudio forte, non citat, hoc tamen praeſtitit, in quo laudandus vehementer eſt, quod editionum, quae hactenus prodierunt, omnium accuratam recenſionem dederit, promiſſarum adeo, non vero abſolutarum mentione non neglecta. Nec in iis, quae ad externam libri formam pertinent, aliquid negligentiae in editorem et typographum cadit, vt certe commodam admodum vſuique inſeruientem SCRIBONII editionem conſtituat.

X.

QVINTI SERENI SAMONICI De Medicina Praecepta Saluberrima. Textum recenſuit, lectionis varietatem, notas interpretum ſe-

lectiores ſuasque adiecit IOANNES CHRISTIANUS GOTTLIEB ACKERMANN Med. Doct. (et Prof. Altorfin.) Lipſiae in bibliopolio Müllerіano 1786. 8. 175 pagg.

Saepe mirati ſumus, quid ſit, quod hodie adeo frigeat veterum medicorum ſtudium, vt pauci eos penitius norint, pauciores magni aeſtiment, et in cauſſis huc attinentibus non vltimam putamus quendam editionum defectum. Id etiam ad Q. SAMONICVM pertinere volumus. Etſi enim prilinis ſeculis pluries in vulgus editus eſt, tamen hodie maximam partem deſunt amantibus. Laudabilem ergo cenſemus Cl. ACKERMANNI operam, in eo reſtituendo poliendoque conſumtam, quia nihil quidem omiſit, quod huc ſpectare videbatur, nihil intactum vel intentatum reliquit, vt poëtam et correctiorem, et comtiorem prodire iuberet, eaque via facilius intelligere poſſent lectores, quod bonum nouique vetus ille hoſpes adferat.

p. 1. In *Praefatione* Cl. ACKERMANN docte lateque inquirit in carminis auctorem, ſed ambiguus haeret, patri, an filio adſignandum ſit, id vnum certum putat, etiamſi medicinam profeſſus non ſit, tamen
p. 18. medicamenta quaedam vtilia expertum, duces *Dioſcoridem* atque *Plinium* vtrumque potiſſimum ſecutum, parabilibus remediis contentum, et in pangendo carmine imitatum fuiſſe *Lucretium* et *Horatium*.
p. 19.
p. 24. Deinde percenſet *codices manuſcriptos* 12. eosque, vt ſemper, variae aetatis varii pretii eſſe ait, primas tamen dat *Veneto*, HVMELBERGII, ROB. CONSTANTINI, RANZOVII, RIVINI, KEVCHENII, ita vero, vt nec ceteros omnino ſpernat, ſed ſubinde recipiat in textum lectiones meliores. Poſt
p. 32. haec *editiones* nominat 24. circiter, et quid quae-

que

que valeat, quid ipſe praeſtiterit, boni editoris munia rite impleturus abunde docet. Etenim nec te- p. 43.
mere mutauit textum, nec abhorruit omnino a variis lectionibus, quas ſubiecit optimas, nec ſpreuit notarum copiam, quas anteceſſorum diligentia ſuggeſſerat, ſed delectum adhibuit, et ſi qua ſenſerat neglecta vel obſcura, his demum ſuam ipſius operam addidit Cl. ACKERMANNUS. De textu ipſo non attinet, vt multis dicamus. Inuenient certe lectores, quam aptus rei fuerit nouus editor, et quam nitide libellum exprimendum curarit bibliopola. Litteris enim BREITKOPFII puris pulcrisque ita impreſſus eſt, vt parum aut nihil abſit ab *ſplendore*, *quo exterae nationes* iubent talia vetuſtatis monimenta perennare.

XI.

De Antonio Muſa Octauiani Auguſti medico et libris, qui illi adſcribuntur, proluſio, — auctore IOANNE CHRISTIANO GOTTLIEB ACKERMANN medicinae in vniuerſitate literaria Altorfina profeſſore publico ordinario. Altorfii 1786. 3 pag. in 4to.

Continet quaedam haec proluſio ad medicinae Romanae hiſtoriam pertinentia. Fama enim eſt noſtris temporibus nondum ſatis diſcuſſa excuſſaue, medicos, poſt Archagathi primi apud Romanos Graeci medici tempora, ſeruilem omnes apud Romanos conditionem habuiſſe, et qui hoc argumentum pertractarunt celeberrimi viri hanc ignominiae maculam opera plurima data medicinae detrahere quidem ſtuduerunt, vſi ſpecioſis quidem argumentis, at non veris, Graeca praeſertim Romanis miſcentes, quum

longe alia tamen medicorum apud Graecos, quam apud Romanos, exſtiterit conditio.

Ingenuum ſemper fuiſſe medicis apud Romanos ſtatum, et in ſeruili conditione ſeruos tantum fuiſſe medicorum ſeruitia, chirurgicam etiam opem et ad diaetam dominis praeſtantes, communis doctiſſimorum virorum opinio fuit, qui omnem ſeruilis ignominiae maculam medicinae Romanae detraxerunt. Alii exemplis quibusdam ductis, quibus medicus ſeruus adducitur a ſcriptoribus ſatis copioſis, omnem Romanorum medicinam penes ſeruos fuiſſe adſeruerunt: media via pauci inceſſerunt, quae hic tenenda eſt. Medicos enim temporibus inter Archagathum et Iulium Caeſarem intercedentibus ſeruos, internam etiam aegrotantibus medicinam praecipientes plures fuiſſe negari nequit. Negari autem iterum nequit, Graecos nulla ſeruili macula dehoneſtatos medicos plures Romam veniſſe temporibus praeſertim Iulii Caeſaris aetatem proxime antecedentibus, ciuitate etiam donatos, qui Romae artem ſuam ſine vllo ſeruilis conditionis praeiudicio exercuerunt. Magni tamen medicinam Graecorum rationalem et dogmaticam, empiricae magis indulgentes, Romani non habuere vſque ad Iulii Caeſaris tempora, qui omnes medicinam Romae profeſſos et liberalium artium doctores, *quo libentius vrbem incolerent caeterique appeterent*, ciuitate donauit.

Ab his itaque temporibus noua medicorum exterorum conditio Romae etſi incipit, non eam tamen ob cauſſam medici Romani. Auguſti temporibus florentes omnes ingenui fuere; plurima enim, quibus internarum medicinarum adminiſtratio denegari nequit, ſeruorum aut libertorum mentio apud ſcriptores his temporibus florentes occurrit. Plures tamen peregrinos medicos Graecos, quibus

is priuilegio et aliis immunitatibus ab Auguſto ipſis conceſſis vſos Romae his temporibus floruiſſe fatis credibile eſt, et loco ex SVETONIO allegato aliisque probatur. Romani AUGUSTI temporibus medicinae operam dediſſe non videntur, omniaque, quae Plinius de celeberrimis medicis ex illuſtribus Romanorum familiis perhibet, Caſſiis, Calpitanis, Aruntiis, Albutiis, Rubriis, ad tempora, quae Auguſti aetatem exceperunt, referenda ſunt.

Medicus Auguſti libertus, adeoque ſeruilis ante impetratam libertatem, conditionis Antonius Muſa fuit, frigida medicina, qua Auguſto periculoſe decumbenti vitam ſeruauit, celeberrimus, celeberrimus etiam ob praemia ipſi a ſenatu populoque Romano decreta, ſtatuam in foro ad ſignum Aeſculapii poſitam, et ob annuli aurei ius ipſi ab AUGUSTO conceſſum. p. 16.

Notum autem eſt, quanti hoc ius cum eoque iuncta equitis Romani dignitas ab omnibus facta ſit, qui encomiis magis medicinae, quam hiſtoriae perſcribendae operam dederunt. Plura ſane ex hoc virtutis medicae praemio hi viri deduxerunt, quae probari nullo modo poſſunt, in quibus confutandis Noſter nunc verſatur.

Primum id probatur, quod Auguſtus Muſae annulum aureum ſine cenſu equeſtri vix dederit. Cenſus autem equeſtres Romani omnes qui habebant, equeſtrem dignitatem cenſui his temporibus adiunctam ſimul habuere. Libertis autem annulo vti non licuit his temporibus, idque ius Auguſtus Muſae dedit.

Tanti itaque putanda haec equeſtris dignitas ANTONIO MUSAE cum annulo aureo conceſſa non eſt, vt medicos cum ea Romanos omnes eandem dignitatem aequiſiuiſſe vllo modo credibile ſit. Medicorum quidem doctrinam Antonius Muſa muta- p. 17.

vit, frigidam, praeeunte tam ſpecioſo exemplo, caſtidae nunc praeferentium, ſed conditionem non mutauit. Nec antiquitatis teſtimonia hoc probantia vlla adſunt; immunitas enim, quam Auguſtum medicis conceſſiſſe Dio refert, certe equeſtri dignitati et annuli aurei iuri aequiparanda non eſt. Nec medicorum felicis audaciae praemium MUSAE datum conditionem vllo modo mutauit. Eaedem penitus immunitates grammaticis et praeceptoribus, eodem Dione referente, ab Auguſto datae ſunt; quibus certe omnibus annulus aureus non ſimul datus eſt, temporibus, quibus Romani ciuis honores tanti habebantur, vt commendatis etiam a dilectis ſibi et principibus in re publica viris ciuium Romanorum honores Auguſtus denegaret.

Adſcripti viro tam claro ob felicem medicinam Auguſto adminiſtratam libri quidam ſunt, alter de vettonica herba, alter de diaeta ad Maecenatem. *De vettonica herba* liber certe ab alio, recentiore auctore, empirico medico, profectus eſt, et Apuleii labores iſtos, quos in herbario ſuo condidit, perfecte redolet, ita vt docti viri hodie de hoc opere Apuleio adſcribendo fere omnes conueniant. Probauit Noſter, plurima ex PLINIO deſumta eſſe, ipſumque adeo hoc opus, quod auream Auguſti aetatem nullo modo, ſed ferream potius refert, longe recentius eſſe.

De diaeta autem ad Maecenatem liber mancus admodum, graece ſcriptus, cuius tamen verſio nobis ſupereſt, aliquoties cum aliis ſcriptis medicinalibus edita, Muſam auctorem magis redolere videtur. Argumentum enim auctori ſuo admodum reſpondet plura continens amicae familiaritatis Muſae cum Auguſto et Maecenate teſtimonia, quaedam etiam de morbis, quos Auguſtus ipſe perpeſſus eſt.

XII.

XII.

IOANNIS ANDREAE MURRAY D. Equitis ordinis Regii de Waſa — de materia arthritica ad verenda aberrante disquiſitio. Sectio prior vitis et commendationi aliquot medicinae candidatorum praemiſſa. Sectio poſterior. Göttingae 1785. in 4to.

Scenam ampliſſimam ludit, prout omnibus notum eſt, in omnibus diuturnis morbis materies arthritica, quae ſaepius morborum decurſum ita mutat, turbat peruertitque, vt exercitatus etiam in cognoſcendis morbis medicus in erroneas vias facile deducatur. Verendarum inprimis partium morbi complures ex arthritica materia ad eas aberrante ſunt, praeſertim in his, quibus hae partes aut ob impuram, quam paſſae ſunt, infectionem, aut aliam ob cauſſam admodum debilitatae ſunt. Hinc, quum parum de hac arthritidis anomalia hactenus in medicorum libris ſcriptum ſit, quae ſaepe morbos venereos inueteratos ſuetaque methodo non curandos ſimulat, gratiae plurimae habendae ſunt Illuſtri harum proluſionum academicarum auctori, viro in obſeruando ſagaciſſimo, et in his, quae hactenus in medicina praeſtita ſunt, verſatiſſimo, quod obſeruationes de harum aberrationum natura, cognitione et curatione ex auctoribus, ſuasque, quae maximam libelli partem efficiunt, literis conſignauerit.

Rheumatiſmum ab arthritide Ill. Auctor non diſtinguit, niſi in eo, quod muſculoſas partes rheumatiſmus, articulos arthritis occupet, faciliorque ab aëre, caet. rheumatiſmum contrahendi occaſio ſit. Vidit adeo Ill. vir vnum eundemque morbum

quoad affecta loca, mox rheumatiſmum, mox arthritidem conſtituiſſe, dum materies celerrime a muſculoſis partibus ad articulos decurreret.

Ad verendas partes autem translata arthritica materies mox grauiora mox mitiora ſymptomata excitat. Qui leuius aegrotant, mingendi difficultatem tantum experiuntur, tam mitem ſubinde, vt ſolito plus temporis tantum mingendo conſumant. Alios mingendi difficultas corrumpit, gonorrhoea ſpuria alios, moleſtiſſimum pruritum, excoriationem glandis, omnesque harum partium morbos ab inflammatione oriundos excitans. Alii catarrhum ex veſica habent. Aliis teſticuli, ſcrotum, aliae partes afficiuntur. Alii ſymptomata omnia gonorrhoeae venereae vehementiſſimae patiuntur, in iisque metus eſt, ne proſtata glandula inflammatione affecta ſcirrhum et carcinoma contrahat. In aliis morbus haemorrhoides mucoſas veſicae ſimulat. Summa autem in plurima cauſſarum, quae gonorrhoeam excitant, varietate, cura opus eſt, ne originum ignorantia quid committatur, quod in aegri perniciem cedat. Omnia enim, quae internam vrethrae tunicam irritare, inflammare valent, gonorrhoeam excitant, pro irritamenti magnitudine vehementiorem.

Notae autem, quibus eruitur miaſma arthriticum in culpa eſſe, difficiliores redduntur complicatione venerea, haemorrhoidali, aliaue, inprimis, ſi quis gonorrhoea olim venerea tentatus in arthriticam incidit, aut ſi in aegro arthritide nunquam ante affecto natus ſubito arthriticus humor ad verendas partes deponitur. In hoc caſu lucem quandam medico dare poteſt negatiuum iudicium, dum nulla reliquarum gonorrhoeae cauſſarum accuſari poteſt, conditiones adſunt, ſub quibus arthritis alias facile enaſcitur, haereditas, contagium, diaetae vitia, et

in

in externo forſan corpore arthritici cruciatus ſequuntur, ſilente vel miteſcente altera labe. Aliud ſignum praebent filamenta in lotio fluctuantia, ſicuti ſpeciem calcis prae ſe ferentia (quod ſignum nos in gonorrhoea arthritica, veneream rite percuratam excipiente, admodum diuturna et rebelli cum pertinaci ſcroti, inprimis in his partibus, ſub quibus funiculi ſpermatici deſcendunt, pruritu conjuncta conſtanter obſeruauimus.)

Planior cognitionis via eſt, ſi malum in corpore eſt, arthritidem anomalam perfectam paſſo, licet etiam interuallum ab arthritide ad hunc morbum admodum longum ſit. Maxime firmatur iudicium de arthritica morbi indole, ſi, diſparentibus cruciatibus in alia corporis parte, incommoda iſta in verendis ſentiuntur, diſparentia vero in verendis alias partes occupant. Nec damni quid in aegrum redundat, dum medicus, ſtatu irritationis perſeuerante, in cauſae iuſta aeſtimatione decipitur, in hoc enim omnis curatio irritationi aduerſa eſſe debet: ſupernato vero hoc ſtadio auxilia cauſſae, quae ſubeſt, ſtudioſe accommodanda ſunt.

Quemadmodum autem quaeuis arthritis anomala difficilior curatu magisque ambigui euentus eſt, quam iſta, quae exterius corpus obſidet, ita et ad verendas partes aberrans. Non ſemper tamen aeque timenda eſt, quum a leuiſſima ſtranguria vſque ad lethale proſtatae carcinoma extendatur. Si gonorrhoeam ſpuriam, aut leuiorem vrinae difficultatem excitat, blandius malum eſt, difficilius, ſi comitem ſe adiungit vera vrethrae inflammatio, quae ſi verſus veſicam deſcendit et proſtatam corripit, ambiguum exitum reddit. Ipſa etiam induratio et intumeſcentia proſtatae curationem admittit, modo recens ſit et efficacibus medicinis impugnetur.

Decu-

Decubitum arthriticae materiae ad partem antea a morbo liberam maxime nixus huius partis intenſior determinat, qui vel ſtimulando, vel debilitando partem ad ſuſcipiendum virus alicubi latens opportunam reddit. Sic iſchias neruoſa intenſiſſima ſcapulas ſubito occupauit, brachiis alte exporrectis. Sic nixus verendorum intenſior, ſtimulus ad ea extrinſecus allatus plurimum valet ad virus arthriticum alliciendum. Inſuper ſingulari niſu arthriticum miaſma in lotii vias fertur.

In poſteriore ſectione hiſtoria dicta hactenus illuſtrans enarratur. Vir integram et puram ſceleris vitam agens arthriticis inſultibus ſaepius, haemorrhoidalibus ſymptomatibus parum vexatus fil. Auctorem, ob profluuium ex vrethra cum ardoris ſenſu conſuluit. Venereae labis ſuſpicio ne minima quidem. Itinere inſtituto ſanus ab arthritide vir redierat, ſed mox, ob debitum coniugale frequenter vxori praeſtitum, vrethrae titillationem, deinde dolorem ſenſit. Poſtea muci ſtillicidium cum ingenti dolore, verſus collum veſicae faciente, et vrina, licet crebro ad mingendum ſtimularetur, admodum difficili. Quibus omnibus mox acceſſere glandis et praeputii tumor, auctum muci ſtillicidium, dolor in inguinis glandulis et in ſemore, mentulae cum dolore erectio, ponderis in ano ſenſus. Poſtea febris, vere inflammatoria, arthritica, cum ſummo dolore, doloribus arthriticis mox hanc, mox illam partem occupantibus. Poſtea, mitigata febre, et inflammationis externae ſignis mitioribus, teneſmus acceſſit, ſummum dolorem excitans, a glandulae proſtatae inflammatione reſidua natus, quae explorata per anum digito tumorem exhibuit ouatum, attactu mollem, dolentem. Febre tandem accedente eaque mitigata inflammatio diſparuit. At ſuperſtes manſit tumor

mor prostatae piriformis, indolens, durus, latitudinis quatuor transuersorum digitorum. Cicutae extractum, etiamsi tribus cum dimidia vnciis consumtis, ad tumorem non valuit, qui nec decreuit, nec mollior euasit, sed sollicitum magis medici animum reddidit, sensu aliquo molesto formicationis, punctionis, vel tensionis accedente. Magis suspecta aegri conditio reddita est, quum vesperi per plures dies febricula emergerit. Minuit tumorem tinctura antimonii Thedenii postea data, tentato antea incassum corticis Peruuiani cum cicuta connubio. Interpositus postea tincturae antimoniali vsus gummi guaiaci cum sapone alicantino est, laesisque conoctionis viribus elixiria amara subuenerunt. Quibus omnibus aeger a difficili morbo perfecte liberatus est.

Thedenius, ad quem Ill. Auctor morbum hunc perscripserat, in responsoriis certiorem illum fecit, sibi septem vel octo casus simillis fere indolis obuenisse. Horum tres infaustum exitum habuere, in auxilium licet vocatis medicis peritissimis, quum malum in prostatae carcinoma inueteratum, quod et in anum et in perinaeum vim suam sparserat, transiisset. Reliqui sanitati restituti; in duobus tamen vrethrae eluuies remansit, pro mucosis haemorrhoidibus habenda, quibus arthritica materies sese adsociasset. Eadem remedia, quae Ill. Auctor, THEDENIUS, V. Ill. adhibuit.

Tandem casus eiusdem morbi ab aliis visi exhibentur. (Vidimus et ipsi hunc morbum, gonorrhoeam veneream proxime excipientem, diuturnum admodum, per tres paene annos perdurantem, nec penitus hactenus sanatum, liberato quidem aegroto perfecte ab omnibus malis, residuis vero pertinaciter gonorrhoeae mucosae licet leuio-

leuioribus veſtigiis. Morbum et curandi modum, ab agyrtis vero tonſoribusque ſaepe peſſime turbatum, proxime in his commentariis enarrabimus.)

XIII.

Philoſophical Transactions of the royal Society of London. Vol. LXXII. for the Year 1782. P. I. II. Lond. ſold by Lockyer Davis and Peter Elmsly 1782. 1783. 4. 462 pagg. c. Append. pagg. 33. et Tabb. aen. 16.

i. e.

Acta Societatis regiae Londinenſis ad ann. 1782. Vol. LXXII. P. I et II.

p. 1. I. Comitis GIORNI *Diſſertatio de nouo pluuiae genere.* In montis Aetnae vicinia a. 1781. d. Aprilis 24ta, arbores, prata, quaecunque ſub dio erant loca, humore multo ex cinereo albicante madebant, qui ſolis calore abſterſus copioſam terram albidam poſt ſe relinquebat. Quae humectaverat liquor iſte, ferrea inſtrumenta, ea ſtatim erodebantur, rubiginemque contrahebant. Vulgaris erat opinio, portentum iſtud peſtilentes morbos vel famem praeſagire, multique, venenum eſſe ſuſpicantes, toto illo tempore ab aqua pluuia abſtinebant. Vanum tamen metum fuiſſe cum euentus ipſe, tum chemica analyſis docuerunt. Nulla enim calamitas publica accidit, et noſter, experimentis cum pluuia iſta inſtitutis, terram, quae admixta erat humori, praeter calcem et ſal calcareum nihil eſſe cognouit. Aetnae incendio nouiſſimo rem omnem tribuit, terramque cum coeleſti aqua delapſam montis quaſi fuliginem fuiſſe, non incongrue ſuſpicatur, cum notum ſit omnibus, flammarum vehementia cineres

neres multas et ingentes materiae volatilis nubes ex igniuomis montibus in ſublime rapi, quae deinceps frigore compacta ex aëre in terram demittuntur. — Haec diſſertatio italico ſermone ſcripta, in appendice anglico idiomate expreſſa repetitur.

II. LAURENTII CRELLII *ad* GULIELMUM HUNTERUM *epiſtola*, (latine ſcripta) *de nouis experimentis chemicis, quae ad penitiorem Acidi pinguedinis cognitionem valere videntur.* Continuatur enarratio experimentorum, quae ex LXXmo Actorum anglicorum Volumine, Commentariorum noſtrorum T. XXVI. p. 566 recenſuimus. Deſtillatione ex ſale ſuo medio elicitum pinguedinis acidum, mitius, quam antea fuerat, eſſe, idem ex ſapone puro, alumine addito, ignis adminiculo extortum tanta vi praeditum eſſe, vt fumos etiam emittat, per tentamina Cl. CRELLII conſtitit. Porro acidum illud repetitis deſtillationibus ita mutari cognouit, vt non modo miteſcat, verum etiam ſedimentum terreum peculiaris indolis demittat. Aurum a puro acido pinguedinis haud ſoluitur; aliqua tamen contingit ſolutio nitri acore addito; neutiquam tamen inde efficitur, acidum pinguedinis ſalino prorſus eſſe ſimile. Nam mixtura ex ſingula nitroſi et binis pinguedinoſi acidi partibus parata auro ſoluendo par erat: in aqua regia autem alia eſſe debet ſalini acidi ad nitroſum ratio, alioquin aurum non diſſoluitur. Platinae calcem, non vero platinam ipſam ſoluit pinguedinis acidum, argentum ab eodem non ſoluitur, ſed corroditur, hydrargyrus, licet tantillum eius ſoluatur, magis ſolideſcit; calx eiusdem metalli facilius ab acido recipitur. Cuprum, ferrum, zincum, regulum antimonii, magneſium denique facile ſoluit acidum pinguedinis; longe difficilius plumbum, ſtannum et arſenicum; Biſmuthum, cobaltum et niccolum plane reſpuit, quorum tamen p. 8

calci-

calcibus ſatis facile nubit. Variorum etiam metallorum in aliis acidis ſolutionibus acidum pinguedinis *Auctor* addidit, eaque ratione huius cum metallis adfinitates accuratius determinauit. Experimenta iſta, et alia, quibus tum *ſalis Segneriani* (ex acido pinguedinis et alcali fixo parati) ad alia acida habitus, tum noui huius acidi actio in varia ſalia media declaratur, hoc loco, ne diutius lectores moremur, praetermittimus, addituri tantum acidi pinguedinis et ſalini diſcrimina. Quamuis enim multa vtrique ſint communia, pinguedinis tamen acidum a muriatico differt, intima cum oleoſis partibus coniunctione; ſale calcareo, quem non diffluentem praebet; naphthae faciliore geneſi, argenti et mercurii ſolutione promta, huius denique praecipitatione ex ſublimato corroſiuo.

p. 35. III. GUL. WHITE *obſeruationes de hominum Eboraci quotannis mortuorum numero.* Inde ab anno 1728. ad a. 1735. mortuorum numerus quotannis ad natorum numerum ſe habebat, vt 498: 400 ſiue vt 5: 1. Inſequente aetate inuerſa fuit ratio, ita vt partus frequentiores eſſent mortuis, horumque numerus annuus ſeptenni ſpatio ab. a. 1770 ad finem anni 1776. ad partuum numerum comparatus eſſet vt 452: 474, ſiue propemodum vt 45: 47. Frequentiores tamen erant feminarum, quam marium, mortes, ex illis etiam plures moriebantur quotannis, quam naſcebantur. Saluberrimum anni tempus aeſtas erat, infenſius vitae, et quo plures morerentur, hiems. Cum autem priori aetate ex $21\frac{3}{4}$ vnus quotannis mortem obiret, poſteriori tempore, ſcil. ab. a. 1770-1776. mortuorum ad viuos proportio annua fuit vt 1: $28\frac{1}{4}$; vnde luculenter apparet, ciuitatem Eboracenſem hoc noſtro aeuo ſalubriorem, quam olim, eſſe: cuius rei cauſſam Cl. Auctor tum in variolarum inſitione omnium fere

ſuffra-

ffragiis accepta et meliori febribus medendi me-
hodo, tum in ipſius vrbis regimine. platearum do-
orumque nuper exſtructarum amplitudine, aquae
luuiae per vicos olim fluentis paſſimque ſtagnan-
is derivatione, vicinorum lacuum exſiccatione, ca-
alium denique et cataractarum ſubſtructione poſi-
em eſſe exiſtimat.

IV. IOH. TORLESE *Equitis, Praefecti Aniin* p. 44.
ſit ad GUILIELMUM HORNBEY *Praetorem Bom-
enſem de monſtroſo quodam partu epiſtola.* Puel-
ae erant duae natibus inter ſe ita coalitae, vt alte-
a alteri inſidere quaſi videretur. Capita duo huic
monſtro erant totidemque trunci, quorum ſingulus
rachiis manibusque binis inſtructus erat. Ex me-
io corpore, latere ſiniſtro, pedes duo porrigeban-
ur, ex ipſo dorſo eminebat tertius duorum pedum
uter ſe coalitorum ſpeciem quodammodo referens.
Vnicus aderat anus, vnicus etiam vmbilicus, ſed duo
genitalia muliebria.

V. KEANE FITZGERALD *Experimenta cum* p. 46.
Cannabis chinenſis ſeminibus inſtituta. Demonſtra-
ur, hanc cannabis ſpeciem coeli noſtri naturam pa-
ienter ferre, et ob filorum textilium inde paran-
dorum ſubtilitatem et firmitatem cannabi noſtrati
praeferendam eſſe.

VI. SAM. MORE *Diſſertatio de Scoriis, quae in* p. 50.
ferri ferro fundendo deſtinatis ſponte colliguntur.
Filamenta ſunt tenuia, candida, vitri inſtar pellucida,
fragilia, lanae vitreae filamentoſae HAMILTONI
ſimillima. Pari modo hanc lauam in montibus
Vesuuiomis, ſcoriam illam in furnis fuſoriis ignis vio-
entia excoqui, per argumenta varia demon-
ſtratur.

VII. GUIL. GORSUCH *Compendium necrologii* p. 53.
Parochiae ſanctae Crucis Salopenſis (Holy Croſs,
Salop) *inde ab a.* 1770. *ad a.* 1780. Plurimos ta-

bes et variolae, pauciſſimos inflammatorii morbi iugulauerant. Mortuorum intra decennium ad nonagesimum annum ratio erat, vt 311 : 385.

p. 179. XV. RICH. KIRWAN *Continuatio Experimentorum et Obſeruationum, quibus nonnullorum ſalium poderum propria viresque attractiuae determinantur.* Principia, quibus haec experimenta nituntur, alio loco exposuimus *). Addidit Cl. Auctor obſeruationes nonnullas de phlogiſto, quod idem eſſe cum aëre inflammabili, multis iisdemque ingeniosis argumentis contendit. Indagauit etiam per experimenta, quanta phlogiſti copia fixo, nitroſo, vitriolico et ſalino aëri, nec non ſulphuri adhaereat.

p. 237. XVI. ALEX. VOLTA *Methodus noua electricitatem minimam inueſtigandi.* Nemo facile erit inter lectores noſtros, qui nouum illud inſtrumentum, cui *condenſatoris electrici* nomen dederunt phyſici, plane ignoret. Debetur autem illius inſtrumenti inuentio Cl. VOLTAE, qui hac diſſertatione de conſtructione et vſu eiusdem exposuit. Sunt quaedam corporum genera, quae medium quaſi locum inter electrica et non electrica obtinent: v. c. marmor exſiccatum, lignum leniter toſtum vel vernice obductum et alia. *Imperfecti conductores* nuncupari conſueuerunt. Ex tali igitur materia condenſatores fiunt, accumulandae materiei electricae, cui transitum non concedunt, aptiſſimi. Tabula marmorea polita, igne modico exſiccata et calefacta vel vernice illinita optimum condenſatorem praebet. Cui ſi diſcum metallicum impoſueris eamque filo metallico a conductore atmoſphaerico porrecto per aliquod tempus contigeris, ſublato iterum diſco manifeſta electricitatis ſigna tum motu electrometri

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVI. p. 223. et Vol. XXVIII. P. I. p. 68.

tri, tum ſcintillis e diſco proſilientibus, ſeſe pro-
t, licet antea nullum electricitatis ſuperſtitis ve-
gium inuenire potueris. Simili propemodum ra-
e experimentum ſuccedit, ſi conductoris atmo-
nerici loco, phialae Leydenſis, electricitate, vti
ctur, prorſus orbatae, globum condenſatoris diſco
olicueris. Eiusdem apparatus adminiculo con-
it, ſub aquae euaporatione, carbonum combu-
one, acidorum denique cum metallis aut lixiuis
ibus efferueſcentia, materiem electricam excitari
euolui. Vero ſimillimum igitur eſt, illam cor-
rum facultatem, qua electricam materiam ſibi
gunt et retinent, augeri eorundem in vaporos
olutione. Qua in re non poteſt non intelligi
, quae materiem caloris fluidumque electricum
ercedit, ſimilitudo, cum per nuperrima experi-
enta conſtiterit, illam quoque virtutem, qua cor-
calorem abſorbent, in vaporibus eorum maio-
eſſe. Caeterum Cl. VOLTA multa adhuc docte
ſubtiliter de condenſatorum natura et vtilitate
putat, quae ſi repetere vellemus hoc loco, to-
fere diſſertationem deſcribere cogeremur. Ea-
, cum italice ſcripta ſit, in appendice anglice
ſa legitur.

Subiungimus indicem diſſertationum mathema-
rum, mechanicarum et aſtronomicarum, quas
ius Voluminis pars prior continet.

VII. PATRICII WILSON *Diſſertatio, qua nobi-* p. 58.
*illa quaeſtio, an radii lucis diuerſa media peruа-
do, velocitatem iuxta legem refractionis a Newtono
entam mutent? aberrationis ſtellarum fixarum ob-
uatione illuſtratur.* IX. GEORGII LLOYD *plu* p. 71.
*agrum Barrowbyenſem prope Leeds annuo ſpa-
irrigantis copia numeris expreſſa.* X. IAC. SIX p. 72.
thermometrorum emendatio. XI. GUIL. HER- p. 82.

p. 112. SCHEL *de Parallaxi ſtellarum fixarum.* XII. EIUS
p. 163. DEM *Enumeratio ſtellarum duplicium.* XIII. EIUS
DEM *deſcriptio Micrometri lampade illuminati* (Lam
p. 173. Micrometer). XIV. EIUSDEM *reſponſio ad*
quaedam contra vſum lentium vitrearum obiecto
p. 281. *volumina valde augentium ſuſcitata.* XVII. TH. EY
p. 285. LAND *Diarium meteorologicum Lyndonenſe.* XV
Diarium meteorologicum Societatis regiae.

Iam ad poſteriorem huius voluminis partem
cedimus.

p. 305. XIX. IOSIAE WEDGWOOD *Deſcriptio ther*
metri noui maioribus caloris gradibus menſurandi i
nei. Notum eſt, vulgaria thermometra mediocr
tantum calores indicare, ignitionis vero gradus
terminare haud poſſe. Multa tamen opera artifcu
quae igne vehementi fortique indigent, ſine hu
accurata moderatione perfici nequeunt. Quae
putans ſecum Auctor noſter, facile intellexit, m
ſuram ignis a tali corpore eſſe repetendam, qu
ſub ignitione aequabili ratione ſenſim mutetur,
nullam deſtructionem patiatur. Nouum, quod
hac diſſertatione propoſuit, thermometrum, arg
lae mutatione ignis gradus dimetitur. Argillae ſc
cet indoles ea eſt, vt inde ab ignitione vſque ad e
aeſtus ignei gradum, quo in vitrum conuertitur, ſe
ſim ſenſimque voluminis deminutionem experiatu
Noſter igitur ex argilla puriſſima apyra talos paru
aequali volumine parauit, molisque eorum ig
factam deminutionem in modulis aeneis, quor
parietibus decliuibus per aequalia interualla grad
inſcripti eſſent, dimetiendo, ignis varia diſcrim
aeſtimauit. Scala modulis aeneis inſcripta, du
rum pedum habet longitudinem et gradus 240 i
dicat. Auctor, varios ignis gradus per experimen
ta cum hoc thermometro ſuo indagando, cuprum
Suecicum 27, argentum 24, aurum 32, aumeha
cum

um 21, ferrum 130 — 150, vitrum 114 — 124, ſſam fictilem teſtarum Hetruſcarum et Romanarum 20 — 32, teſtas porcellaneas Chinenſes 120 — 156 graduum calore fundi obſeruauit. Caeterum ilos illos thermometricos parauit ex argilla alba yra Cornwallienſi, quae a calcarea terra acidoque vitriolico prorſus libera eſt, et praeter terram luminis (argillam puram BERGM.) ſiliceam tantum ntinet.

XX. GUIL. WITHERING *analyſis chemica lapi-* p. 327.
um Rowley-Ragſtone et Toadſtone. Vtraque lapium ſpecies ad ſiliceorum claſſem pertinet. Lapis, quem *Rowley-rag-ſtone* Angli vocant, in Centenario, ſiliceae terrae partes $47\frac{1}{8}$ argillae purae $32\frac{1}{2}$ calcis ferri 20 continet. Centenarius lapidis *Toadſtone* terrae ſiliceae partes $63\frac{5}{10}$, calcis ferri 16, terrae calcareae $7\frac{1}{10}$ terrae aluminis $14\frac{8}{10}$ habet. Appendicis loco adiecta eſt tabula, ſalium in ſpiritu vini rectificatiſſimo ſolubilitatem et inſolubilitatem demonſtrans.

XXI. IOH. SMEATON *Experimenta noua, quibus* p. 337.
corporum mutua colliſio explicatur. Inſtrumentum nouum proponitur percuſſioni mutuae corporum elaſticorum aeſtimandae idoneum. Cuius conſtructio, cum in reliquis machinae vulgari, quam *percuſſoriam* dicunt, ſatis ſimilis ſit, in eo tamen differt, quod elateres additi ſint, pendulos bacillos ligneos (filis ſubſtitutos) dirigentes. Reliqua figurae adiectae clarius, quam verba poſſent, illuſtrant.

XXIII. IOH. HUNTER *Diſſertatio de organo au-* p. 379.
ditus piſcium. Ipſa cranii cauitate organum auditus in piſcibus continetur, et tribus canalibus curuatis conuergentibus cartilagineis vnico ſaepe orificio terminatis, cranio tectis, non autem vndique incluſis, vel in ipſo cranio exſculptis, conſtat. Ex his canalibus bini ſunt perpendiculares, ſingulus horizon-

talis. A communi perpendicularium orificio me-
tus extrorſum porrigitur, paruo nonnunquam oſſ-
in ſuprema capitis parte terminatus. Nerui au-
torii non in ipſis canalibus, ſed in coeca eorunde-
et dilatata appendice diſtribui videntur. Caeteru-
non omnia in piſcium diuerſorum organis auditor-
pari modo ſe habent.

p. 384. XXIV. ABR. BROOK *Electrometri noui deſcr-
ptio.* Artificioſa huius electrometri conſtructio v-
poteſt, ſine figurarum adiectarum inſpectione, e-
plicari.

p. 426. XXVII. IOH. INGENHOUSS *Obſeruationes
experimenta, nexum, qui vegetabili regno cum anima
intercedit, illuſtrantia.* PRIESTLEVUS contende-
rat, aërem dephlogiſticatum, qui in vaſis, aq-
plenis et vegetabilia continentibus, dum ſolis rad-
exponuntur, colligi ſolet, non ex ipſis plantis, ſe
ex aqua prodire. Quam opinionem confutatur-
Noſter, aquae, per coctionem omni aëre orbatae, ve-
getabilia varia, inprimis conferuam riuularem, im-
merſit, vaſaque plantas iſtas cum aqua continen-
fundo inuerſo in patina hydrargyri plena colloca-
vit. Sic aërem e plantis prodeuntem vidit protinu-
ab aqua abſorberi, quae deinceps agitata multas
bullas excuſſit, et coctione aërem dephlogiſticatum
praebuit. Experimento iſto aliisque multis ſimili
ratione inſtitutis efficitur, aërem dephlogiſticatum
plantis, non aquae, deberi.

p 440. XXVIII. GUIL. ANDRE' *Diſſertatio de oculis
Monoculi Polyphemi.* Vulgaris eſt opinio, hoc in-
ſectum binis oculis inſtructum eſſe. Noſter qua-
ternos ei naturam dediſſe inuenit. Ex his bini ſunt
maiores, latius a ſe inuicem diſtantes, bini mino-
res approximati. Illi renum figuram habent, mul-
tisque foueis exſculptae ſunt, quas, ſi microſcopio
luſtrentur, totidem conorum apices eſſe apparet.

Sin-

singulus quisque conus solidus est et pellucidus, multisque minoribus conis sibi inuicem insertis constat. In medio corneae loco recti sunt coni, reliqui obliquo situ versus centrum inclinantur. Cum autem ista cornea pars sit crustae quotannis exui iterumque innouari solitae, vero simile est, extrema conorum strata, vna cum crusta insecti, singulis annis abscedere, eorumque loco stratum, quod proximae subiacet, extremum fieri. Minores Polyphemi oculi singulos tantum conos habent.

Elenchus commentationum mathematicarum etc.

XXII. *Descriptio Xenodochii Heckinghamensis*, p. 335. *quod, cum conductoribus acutis munitum esset, fulmine tactum fuit.* XXV. S. VINCE *Methodus noua infinitorum serierum summam inuestigandi.* p. 389. XXVI. JOH. WALLIS *Methodus aequales radices aequationum Differentione inueniendi.* p. 417.

XIV.

Medicinae praxeos Systema ex academiae Edinburgenae disputationibus inauguralibus praecipue depromtum et secundum naturae ordinem digestum, curante CAROLO WEBSTER M. D. Valetudinarii Publ. Edin. Med. Alter, e Coll. Reg. Med. Edin. Societ. Reg. Med. Paris. et Edin. huiusque ad acta edenda a Secretis. Tomus I. Edinburgi typis I. Bell et R. Murray. Venalia prostant apud Gulielmum Gordon et Robertum Murray; Londini apud Carolum Dilly, nec non Richardson et Urquhart, bibliopolas 1781. 8. 498 pagg. Tom. II. 1781. 308 pagg. Tom. III. 1781. 299 pagg.

Non mala ſubiit Cl. WEBSTERUM cogitatio, ut quae hinc inde ſparſae dilaberentur diſputationes Edinburgenſes, in vnum veluti ordinem ut geret, et ex his Syſtema quoddam practicum condere conaretur, mutando, augendo, in breuius ſpatium redigendo, annotationes ſubiiciendo
p. 7. et vt nihil deeſſe videretur, alienas addendo has vero ita collocando, vt ſuo ſingulas ordini reſtituerent. Vellemus tamen, ſi ita agere lubitum erat, aliquem e Syſtematicis ſecutus eiusque ordinem imitatus eſſet, ſubiiciendo annum, quo quaeque ſcripta eſt. Nam et illud ſua vtilitate non caret.

De modo, quem in tractanda materia candidati adhibuerunt, nihil eſt, quod moneamus. Idem enim fere in omnibus hiſce diſputationibus eſſe ſolet. Neque ſtilus purus eſt. Delibemus ergo potiora.

p. 1. *Ordo I. Morbi haemorrhagici.* Continentur hoc quidem

p. 1. 1. *De plethora*, auctore B. COGHLAN. Praemittit generali plethorae diuiſione, definitionem, ſymptomata, cauſſas, diagnoſin et curam ſcribit. Nihil noui ineſt.

p. 20. 2. *De haemorrhagiis*, auctore G. CLAPHAM. Verſari ſe velle potiſſimum in explicanda epiſtaxi, haemoptyſi, haemorrhoidibus et menorrhagia, ſpondet Noſter, ſed vltra communia non progreditur, ita quidem, vt poſt ſigna et cauſſas, et curationem adferat. In hoc quidem diſſuadet opii vſum ante ſedatam diſpoſitionem inflammatoriam.

p. 38. 3. *De adminiſtratione antiphlogiſtica*, auctore R. SCOTT BYAM. Intelligit Noſter ſub hac id, quod medici vulgo appellant *regimen antiphlogiſticum et medicamenta antiphlogiſtica*, et comprehendit *tantis irritamentis, quae pauciora aut plura magisque aut minus corpora noſtra ſemper fere exercent.* Iubet ergo

ergo *cap.* 1. vitanda, quae inſtrumenta ſenſus affi- p. 40.
ciunt i. e. tactum et calorem, *cap.* 2. motum, *cap.* 3. p. 43.
animi perturbationes, *cap.* 4. alimenta ſtimulantia, p. 45.
cap. 5. ſitim, *c.* 6. ventriculum infeſtantia, *c.* 7. ſter- p. 47.
cora dura, *c.* 8. communem humorum acrimoniam. p. 48.
Nollemus hanc diſſertationem in ſocietatem rece-
piſſet Noſter, vtpote ieiunam, nec huic ordini ſa-
tis accommodatam, cum nihil de haemorrhagiis con-
tineat.

4. *De epiſtaxi.* Videtur hoc ſumtum ex *Dun-* p. 49.
cano, ſed minus idoneum ad hunc morbum ſatis
perſpiciendum eſt.

5. *De haemoptoë*, auctore T. CAW. Statuit non, p. 51.
niſi 12 ſpecies *Sauvag.* damnat ergo phthiſicam,
catarrhalem et tuberculoſam, reddendo cauſas et
explicando breuiter potiora momenta, etſi nihil
memorabile hic deprehendas.

6. *De haemorrhoide*, auctore F. CLAXTON. Red- p. 61.
dit, praeter definitionem, hiſtoriam morbi, cau-
ſas (in his deeſt ſexus ſequior, vbi vel infarctus vr-
get, vel obſtructio menſium) et rationem meden-
di, quam ſoli plethorae et irritamentis accommo-
dat. Sed id nequaquam ſufficit ad curationem hae-
morrhoidum, ideoque debebat Cl. editor certe no-
tulis ſupplere, quae deſunt.

7. *De menorrhagia in non grauidis, nec puerpe-* p. 73.
ris, auctore D. DALY. Praemittit quaedam de men-
ſtruorum origine, tunc accedit ad ea, quae nimis
fluunt, cauſſas nominat, quae plethoram faciunt,
ſanguinis curſum citant, ſolidas partes relaxant vte-
rumque ipſum moleſtant, ſed iterum deſideratur
uberior explicatio et diſtinctio, et finit cum me-
thodo medendi, quam vellemus ſupra memoratis
cauſſis accommodaſſet. Sic enim tyronum ſtudiis
ſuccurritur.

p. 85. *Ordo II. Morbi inflammatorii.* Hic largior meſſis eſt, eamque ob rem breuiter opellas indicamus.

p. 85. 1. *De phlegmaſiis vel inflammatione*, auctore I. IOHNSTON. Inſunt communia inflammationis ſigna, cauſſae, methodus. Proximam cauſſam negat eſſe obſtructionem vaſis et ſpiſſitudinem ſanguinis, ſed magis accuſat ſpaſmum vaſorum extremorum. Subdit exitum inflammationum per reſolutionem, ſuppurationem, gangraenam et ſcirrhum, item medendi rationem, i. e. antiphlogiſticam, de camphorae virtute dubitat, ſed ſine probatione.

p. 99. 2. *De cynanche tonſillari*, auctore G. HOGGART TOULMIN. Eſt haec eadem, quae vulgo angina inflammatoria dicitur, neque hic memorabile quid inuenitur, niſi quod noxas antecedentes, noxas ſominium facientes, noxas excitantes et id genus alia nominet.

p. 121. 3. *De cynanche tracheali*, auctor AND. MEASE. Raram hanc ſpeciem Noſter putat, apud *Ellerum* eam inueniri, quae adultos occupat, primam deſcriptam eſſe ab Cl. HOME 1765. nouum tamen morbum non videri, quia ſemper in borealibus regionibus exſtiterit. Cauſſam proximam ſtatuit inflammationem febre ſynocha ſtipatam, membranam morboſam natam ex lympha coagulabili, curandum malum eſſe ita, vt auferatur inflammatio topica, ſuffocationi obuiam eatur, et recurſus morbi praepediatur. Remedia nota ſunt, nec ſemper ſatis definita.

p. 137. 4. *De ophthalmia*, auctore GUL. WEMYSS. Agit Noſter tantum de idiopathica ophthalmia, cauſſam proximam aſſumit ſpaſmum, mancus eſt in percenſendis aliis cauſſis, in curatione ſperat et quaerit reſolutionem.

5. *De phrenitide*, auctore ALEX. BERTRAM. p. 151.
Cauſſam mali proximam ſtatuit inflammationem cerebri, eique accommodat rationem medendi per ſanguinis miſſionem, emetica, cathartica, pediluuia et fomenta, regimen antiphlogiſticum, applicata frigida, epiſpaſtica et opiata, vbi leuata eſt diſpoſitio phlogiſtica.

6. *De pneumonia*, auctore I. SHEPHERD LEITH. p. 157.
Damnat ſpecies et ipſam pleuritidem, negat, inflammationem pulmonibus inſidere, ſed incipere ſemper ab parte membranoſa, ideoque hoc pneumoniae nomine comprehendit quamuis pectoris eiusque partium inflammationem. Sedem in pleuri ponit, et morbum internoſcendum praebet *pyrexia, ſpirandi difficultate, tuſſi et alicubi thoracis dolore.* Cetera his ſumtionibus reſpondent.

7. *De gaſtritide*, auctore G. HARMAN. Agere p. 182.
potiſſimum placuit Noſtro de inflammatione phlegmonica. addidit tamen quaedam ex Cl. CULLENI p. 182.
obſeruatione de *eryſipelate idiopathico*, cuius ſigna notantur caloris dolorisque ſenſus in regione ventriculi, algor corporis externi, ſitis et quae comitantur inflammationi, certiſſimum vero omnium oris et faucium eryſipelas, quod quidem varia loca occupat, et vbi ventriculus male ſe habet, ſingultum, vomitum etc. contra vbi inteſtinis inſidet, diarrhoeam cruentam facere ſolet. Praefert etiam Noſter definitionem CULLENI, qua *pyrexia typhodes* p. 183
eſſe dicitur, et ſymptomata primaria, praeter hanc, nominat pulſum intermittentem, anxietatem, ardorem epigaſtrii, dolorem, vomendi cupiditatem, ſingultum, ſitim, cruſtam ſanguinis phlogiſticam, dyſpnoeam et vrinam ſuppreſſam. In cauſſarum p. 188.
occaſionalium numero ponit frigus, vim externam, nimiam diſtenſionem ventriculi et dura, ſtimulantia, acria ingeſta, hisque ſuperſtruit methodum
meden-

medendi, etiam purgantia (?), ſales neutros (?) et acida (?) commendat.

p. 195. 8. *De enteritide*, auctore G. HICKS. Adducit poſt definitionem cauſſas, ſymptomata et diagnoſin, quia medici multum intereſt, hunc morbum curare noſſe, prognoſin, vbi peſſimus putatur pulſus humilis, meteoriſmus et facies mire mutata, tandem methodum medendi. Hic, praeter ſanguinis miſſionem, iubentur regimen antiphlogiſticum, ſudorifera, veſicantia et cucurbitae coecae, et poſthaec ea, quae ſymptomata vrgentia releuant, v. c. cathartica leniora, enemata mollientia, anodyna, topica, in primis balneum tepidum.

p. 208. 9. *De hepatitide*, auctore R. SCOTT. Negat, more VOGELII ad definitionem requiri icterum, bilis vomitum et alui deiectionem, quia haec ſymptomata in idiopathica inflammatione rarius incidunt, neque vero CULLENI meliorem ideo putat. Huius varios exitus narrat, cauſam proximam ſtatuit congeſtionem et ſpaſmum cum vaſorum hepatis actione incitata, percenſet ſymptomata, dolorem et tenſionem in hypochondrio dextro, dolorem acutum et ad os iuguli vſque protenſum, (hac occaſione reprobat explicationem ab conſenſu nervorum vel oſcillationibus peritonaei et pleurae) decubitum in latus affectum, dyſpnoeam et tuſſim ſiccam, vomitum et ſingultum, colorem oris flavidum, quem pathognomonicum eſſe iterum negat, denique ſubdit conſilia medendi. In his nihil eſt, quod memoremus, niſi mercurii vſum in India orientali, qui acrimoniam humorum mitigando prodeſſe creditur.

p. 226. 10. *De nephritide*, auctore PLUNKETT LHOYD. Raritatem morbi ab inſenſilitate repetit, ex definitione CULLENI abeſſe iubet partem poſteriorem,

p. 230. quoniam ad calculum pertinet. Diagnoſis bona eſt,

est, cum hic facile errent medici. Opiata cen-
set intuilia, si qua inflammatio dolorem facit.

11. *De hysteritide*, auctore LUDOV. BRO- p. 237.
THERSON.

12. *De rheumatismo acuto*, auctore BARTHOL. p. 241.
DILLON. Putat, hunc morbum ignotum, certe minus cognitum fuisse veteribus, proprium esse terris septentrioni propioribus, obnoxios ei, qui temperiem sanguineam habent, distinctionem in acutum et longum saepe difficilem videri, euentum rarius funestum, caussam proximam vasorum minorum constrictionem et hinc ortum spasmum, methodum medendi antiphlogisticam, sub qua etiam continentur emetica.

13. *De erysipelate*, auctore T. DALE. Inter p. 254.
symptomata refert etiam tumorem faciei, eumque nasci statuit ab effusione quadam humoris tenuissimi in telam cellulosam. Caussam, quare verum ventriculi erysipelas nunquam in suppurationem transeat, tribuit cuidam consensui eius et cutis. Praefert ceteris remediis venaesectionem, deinde lenem alui purgationem, reiicit externe applicata, laudat corticem ad gangraenam auertendam.

14. *De variola*, auctore IAC. MACKNIGHT. De- p. 271.
scribit variolam benignam et malignam. Cetera secundum CULLENUM. Ad partes vlceratas commendat vnguentum molliens superhabendum et renouandum, ad hecticam vlcerosam corticem, opiata et alui lotiones, ad ophthalmiam opiata et mercurialia purgantia, ad apostemata superuenientia vero cataplasmata mollientia.

15. *De variolae insitione*, auctore ANDR. DOU- p. 286.
GLAS. Variolas ab Arabibus vel ex Aegypto profectas esse auctor est, insitionem hoc demum seculo apud Britannos vsu eueniisse, et ab his primum tentatam, Germanos eam nec expulisse omnino,

nec

nec penitus recepiſſe, Batauos verbis, non factis comprobaſſe, Gallos deſpicatui habuiſſe, Americanos plurimum tribuiſſe. His addit *diuerſas inſtrendi vias*, *obiectiones* et *methodum hodie vſitatiſſimam*, ſed haec lippis et tonſoribus nota ſunt. Coronidis loco ſuperaddita eſt *varicellae* definitio.

p. 288. p. 290. p. 300. p. 300.

16. *De rubeola*, auctore CADWALLADER-BLAYNEY LEE. Origo morbillorum ab Arabibus repetitur, et *hiſtoriae morbi* ſubiicitur ſectio demortuae feminae. Erat aſpera arteria repleta materia purulenta, membrana interna vero inflammata, ſed nec vlcerata, nec praeter naturam craſſa, pulmo intus ſanguine refertus. Ex quibus concludit, rubeolam ſic differre ab peripneumonia, quod in hac pulmones ſemper graues et duri ſint, in illa minime. Etiam probabilem ſignorum rationem exhibet, et iubet ſecari venam, aluum cieri, regimen antiphlogiſticum adhiberi, propter catarrhum vero dari emetica, propter tuſſim opiata, propter acrimoniam humorum epiſpaſtica, propter tenſionem laxantia, denique propter ſequelas morbi ea, quae ad affectus pneumonicos commendantur, et in his etiam inſitionem.

p. 311.

17. *De ſcarlatina*. Videtur haec particula quidem aliunde ſumta velutique operi inſita, ſed leuis momenti eſſe.

p. 312.

18. *De catarrho*, auctore I. NANKIVELL. Meminit catarrhi epidemici, qui a. 1732. et 1733. omnem Europam magnamque Americae partem peragrauit. Ad ſputa mucoſa et purulenta internoſcenda repetit ea, quae *Darwin* ſcripſit, et methodum antiphlogiſticam adhibendam ſuadet.

p. 323.

19. *De phthiſi pulmonali*, auctore I. HALLILAY. Conſtare putat Noſter phthiſin hanc tuſſi, ſputis plerumque purulentis et febre hectica, et complexus eſt binis partibus, quarum *prima* agit *de phthi-*

p. 323.

ſeos

ſeis originibus. Huc refert labem hereditariam, temperiem ſanguineam, ſcrophulas, aetatem medium, haemoptyſin, peripneumoniam et catarrhum, et id genus alia. Ex his concludit, phthiſin pulmonum ſemper eſſe ſymptomaticam, ſaepius ſcrophulis deberi, certe tuberculis, et ex his vlceratis vlcus fieri, ideoque pus ſorptum eſſe cauſſam proximam, certiſſimam vero notam mali praeſentis febrem hecticam et prognoſin in principio ancipitem, adultam vero immedicabilem.

In P. II. ſiſtitur *phthiſeos pulmonalis curatio*, eaque praeſeruatoria continetur crebra ſanguinis miſſione, curatoria vero vlceris ſanatione. Symptomatica in alleuamento ſymptomatum. Laudat ergo Noſter veſicantia, ſubdubitat de aëris fixi, corticis et myrrhae virtute, commendat lichenem Islandicum ad tuſſim ſedandam, diarrhoeam mitigandam et phthiſin ipſam minuendam, acidum vero vitrioli, cum opio copulatum, vel alumen ad ſudores colliquantes refrenandos.

20. *De gonorrhoea virulenta*, auctore SAM. GRAHAM. Cauſſa excitans dicitur ſolus coitus impurus, materia peccans eſt virus acre quoddam ſubtile, cetera ſymptomata repetenda ab inflammatione ad alias partes diffuſa, methodus medendi primum antiphlogiſtica, poſt roborans. Hic approbatur iniectio mercurii corroſiui diluta, tanquam tuta, reprobatur lixiuium cauſticum propter dolorem, adſtringens quodque, quin etiam oleoſa et mucilaginoſa, commendatur ad longum ſtillicidium ſine notis inflammationis balſamum copaibae, vel vitriolum album ex aqua ſolutum, negligendi putantur cerei (Bougies) quia meatum vrinarium dilatare poſſe videntur, ad vlcera parum vel nihil proſicere. p. 339.

21. *De*

P. 350. 21. *De ſynocha vel febre inflammatoria.* [illegible] quoddam ex practico compendio ſupplementum.

Ordo III. Morbi febriles. Hoc ſub ordine memorantur:

P. 352. 1. *De febribus intermittentibus*, auctore TOM. BRANDRETH. Subdubitat Noſter de febribus longiori circuitu redeuntibus et de quotidiana, quia multi clariſſimi medici eam non obſeruarunt vel litteris prodiderunt; credit, tertianam baſin omnium eſſe, quia ſaepius fuit epidemica, quartanam ex hac demum fieri, morbum per ſtadium horroris, caloris et ſudoris perſequitur, in principiis eius admittit contagium, negat lentorem ſanguinis, vt cauſſam proximam, ſed debilitatem, (hanc nuper cauſſam eſſe docuit Cl. GRUNER) ſpaſmum peripherium et cordis arteriarumque actionem auctam contendit hunc efficere. Poſthaec reddit ſigna discriminis, quod febres intermittentes et remittentes intercedit, et medendi rationem exacerbationi et remiſſioni accommodat. Laudat ergo pro ceteris opium poſt delirii finem datum, quia eius ope ſit caloris mitigatio et perfecta intermiſſio, ſales neutros ſub frigore, inque his ammoniacum ante acceſſionem, purgantia, ſi opus eſt, tandem corticem.

P. 358. 2. *De typho vel febre neruoſa*, auctore GUL. FEARNE. Diſtinguit Noſter tria ſtadia typhi, iam a *Fracaſtorio* deſcripti, quorum primum debilitate ſubita potiſſimum cognoſcitur, et intra octiduum ſpatium continetur, alterum augmento languoris, ſudore frigido et ipſa typhomania ceteriſque ſignis neralis ſeſe prodit, in tertio ad vltima ventum eſt, interdum ſuperaccedunt putredinis notae. Raro morbus iudicatur, rarius id fit die ſeptimo et decimo. In hoc etiam incidunt tria febris ſtadia, debilitas,

litas, frigus et calor. Signa ita diuidit, vt adfe- p. 383.
at, quae debilitatem magnam indicent in functio-
ibus animalibus et naturalibus, quae putredinem
ffendant, singula breuiter explicando. Denique p. 385.
edicationem sic instituendam suadet, vt spasmus
inuatur, tonus partium reddatur, et putredini re-
sistatur. Id quod vbertim explicatur, sed nihil in-
memorabile.

3. *De febre flaua Indiae occidentalis*, auctore p. 401.
M. CURTIN. Praeuia morbi historia, in qua
scedit ab SAUVAGESIO et CULLENO, qui hanc
ebrem ad typhum retulerant, nec hoc certum ha-
et, quia natura febris inflammatoria subest, hinc
us signa scribuntur, horror, cui succedit calor
reus, carotidum dolor pulsans, vultus et oculo-
um rubor, vomitus, linguae flauedo, dein ma-
r debilitas, et maior flauedo, bilis superne et in-
rne reiecta, tunc pulsus debilior et exilis, excre-
ones flauae et liuentia exanthemata. Caussam hu- p. 405.
us morbi putat Noster temperiem sanguineam, et
ispositionem phlogisticam, signum characteristi-
um totius corporis flauedinem, explicationem
ymptomatum addit, et methodum medendi sic or-
inat, vt spasmus et diathesis phlogistica tollatur,
onus restauretur, et putredini obuiam eatur.

4. *De febre maligna, quae a.* 1779. *legionem de* p. 415
Bulleugh afflixit, auctore I. BELL. Erat febris con-
agiosa, (hinc Noster praemittit *quaedam de conta-*
gione, quam nasci putat ab effluuiis) eaque syno-
chus, ita tamen, vt praecederet status inflammatorius,
inde putridus, vndecimo die sequeretur mors, cri-
is vero mitioribus symptomatis sine vllo augmento
ecretionum, curatio cita et diligenti purgatione,
ino rubro, cortice ac calce antimonii nitrata, ad
elirium mitigandum, dosi granorum trium ad quin-
que vsque, binis horis.

p. 425. 5. *Cautelae de venaesectione in febribus* continuis auctore GUL. DRENNAN. Insunt regulae non malae, etsi satis notae.

p. 436. 6. *De peste*, auctore BARTHOL. THOMAE. Tota constat ex praeceptis aliorum, methodus medendi vero statuitur et antiphlogistica, et antiseptica, sub *prophylaxi* scribuntur regulae pestilentiae cauendae vel arcendae.

p. 466. 6. *De cynanche gangraenosa*, auctore I. TAYLOUR. Solam Noster concedit contagionem, causam, et discrimina bene scribit, ceteri, omnes e schola Edinburgensi progressi medici.

p. 476. 7. *De dysenteria contagiosa*, auctore ARDWARDROP. Contagium defendit Noster, negat vero, fieri ab miasmate palustri. Curari morbum dicit auertendo impetum humorum, actionem stimuli temperando, debilitatem tollendo. Subnem in *nota* addit Cl. Editor, auctorem disputationis hanc dysenteriam in America ortam vidisse a frigore et madore absque vlla contagione.

p. 491. 8. *De febre miliari.* Debetur haec disputatio Cl. QUIN, medico Dublinensi. Statuit, febrem hanc semper esse synochum, et iure referendam inter idiopathicas, quia non ante annum 1650. cognita est (de hoc vero nos subdubitamus), quia epidemice grassatur, nec vero pertinet ea ad exanthemata, quia eruptionis tempus non satis certum est. Dissuadet ergo Noster venaesectionem, magis probat largiorem vini vsum (habuimus curandum aegrum, qui morti proximus copioso vino miliari alba et rubra pernicioſa sustulit), commendat vero liberalem aëris admissionem, laxantia et diuretica remedia.

p. 496. 9. *Vrticaria.* Est definitio, repetita ex CULLEN. Gen. Morb.

10. *Pru-*

10. *Pemphigus*) vtraque ſimiliter exinde deſum- p. 496.
11. *Aphtha*) ta eſt.
12. *Addenda.* *De variola.* Repetitur ex Cl. p. 497
LES diſputatione, mercurium eſſe antidotum
olarum.
De febribus intermittentibus, typho et ſynocho.
etita ſunt quaedam momenta practica, ex Cl.
NE *Experimentis clinicis*, typis iam vul-
is.

Tomus II. totus verſatur in deſcribendis mor-
neruorum et adferendis huc attinentibus libel-
Placet ergo et hic, quam fieri poteſt breuiſſi-
Cl editorem per ſingula ſequi.
Ordo IV. Morbi neruoſi. Siſtuntur hic loci 18.
erationes.
1. *De dyſpepſia*, auctore 10. TEMPLE. Defini- p. 1.
vt ſemper, ex CULLENO eſt, hiſtoria morbi non
, notae valent ad diſcernendam eam ab hypo-
ndriaſi, a chloroſi et ſcirrho pylori (deſunt vero
edam ſimilia vitia); cauſſa proxima ponitur in
ventriculi atonia, cauſſae remotae ſunt, quae
ipſi ventriculo inſident, vel aliunde veniunt,
mali vero, i. e. ſymptomata, anorexia, nauſea
omitus, inflatio, ructus et ruminatio, cardial-
, gaſtrodynia et aluus adſtricta, methodus me-
di cum remouendis cauſſis, tum roborando ſto-
cho continetur.
2. *De hypochondriaſi*, auctore STAN. BAYNES. p. 17.
finitio CULLENI, quam quidem nos anguſtiorem
definito putamus. Symptomata deſcribuntur
ndum munia naturalia, vitalia et animalia, (in
plura deſunt) exhibetur *theoria*, ſenſilitati mor p. 19.
ae ſuperſtructa, item *diagnoſis* ab hyſteria, dyſ. p. 23
pſia et melancholia, cauſſas remotas putat, quae
porem augent, quae corpus vel ventriculum

debilitant, quae circuitum humorum retardant, pro
mam vere quendam torporem vel debilitatem. Qua
p. 32. per *diſſectiones* comprobare annititur, morbum la
re in vaſis viſcerum ventris, ſubdit *rationem ſy
ptomatum*, et medendi rationem, qua iubemur c
ſas remouere, tonum reſtituere atque irritabilita
minuere. In medicamentis eminent cortex, am
ferrum.

